Aſplenium
Hemionitis
Polypodium
Acroſtichum.

65. MUSCI.
Lycopodium
Porella
Fontinalis
Sphagnum
Splachnum
Phaſcum
Mnium
Polytrichum

***

66. ALGÆ.
Marchantia
Jungermannia
Anthoceros
Lichen
Blaſia
Riccia
Ulva
Tremella
Spongia
Conferva
Chara
Fucus.

67 FUNGI.
Agaricus
Boletus
Hydnum
Phallus
Elvela
Clavaria
Clathrus
Peziza
Lycoperdum
Byſſus
Mucor.

***

68. VAGÆ & *etiamnum incertæ ſedis.*
Pinguicula
Collinſonia
Buffonia
Hirtella
Montia
Mollugo
Siphonanthus
Pavetta
Avicennia
Penæa
Polypremum
Budleja
Plantago
Scoparia
Ptelea
Trapa
Elæagnus
Brabejum
Hamamelis
Cuſcuta
Coldenia
Menyanthes
Hydrophyllum
Strychnus
Theophraſta
Patagonula
Plumbago
Phlox
Genipa
Conocarpus

Mira-

Mirabilis
Coris
Cupania
Itea
Creſſa
Nama
Baſella
Parnaſſia
Suriana
Pontederia
Tradeſcantia
Aloë Yucca
Hemerocallis
Richardia
Cordia
Triglochin
Dodonæa
Griſlea
Jambolifera
Adoxa
Guajacum
Cynometra
Anacardium
Dictamnus
Toluifera
Melia
Schinus
Hydrangea
Cherleria

Meſua
Mammea
Calophyllum
Elæocarpus
Microcus
Ochna
Sauvageſia
Vateria
Chyſobalanus
Plinia
Nymphæa
Calligonum
Tetracera
Lœſelia
Limoſella
Ovieda
Cleome
Hugonia
Connarus
Pentapetes
Polygala
Nepenthes
Piſtia
Cynomorium
Liquidambar
Najas
Oſyris
Viſcum

Hippophaë
Antideſma
Piſonia
Zanonia
Coriaria
Melanthium
Veratrum
Empetrum
Lemna
Marſilea
Calaumaria.
A. Hydrocharis
Stratiotes
Valiſneria.
B. Ruta
Peganum.
C. Sanguiſorba
Poterium.
D. Reſeda
Datiſca.
E. Ceratonia
Gleditſia.
F. Veratrum
Melanthium.
G. Selago
Camphoroſma.
H. Ophiorrhiza
Mitreola.

Defectus nondum detectorum in cauſa fuit, quod Methodus naturalis deficiat, quam plurium cognitio perficiet; Natura enim non facit ſaltus.

III. PLAN-

III. PLANTÆ.

78. VEGETABILIA comprehendunt Familias VII: *Fungos*, *Algas*, *Muſcos*, *Filices*, *Gramina*, *Palmas*, *Plantas*.

Conſtant Vegetabilia triplicibus vaſis:

1. VASA SUCCOSA liquorem vehunt.
2. UTRICULI alveolis ſuccum conſervant.
3. TRACHEÆ aërem attrahunt.

Geſneri Diſſ. de *Vegetabilibus* de his conſulenda.

1. FUNGI;
2. ALGÆ; his Radix, Folium & Caudex in unum.
3. MUSCI; his *Anthera* absque Filamento, remota a flore *Femineo*: deſtituto Piſtillo; *Semina* vero propria tunica cotyledonibusque carent.
4. FILICES; his *Frondes* ſunt fructificantes averſo latere.
5. GRAMINA; his *Folia* ſimpliciſſima, *Culmus* articulatus, *Calyx* glumoſus; *Semen* unicum.
6. PALMÆ; his *Caudex* ſimplex, apice *frondoſus*, fructificationes in *Spadice* cum *Spatha*.
7. PLANTÆ dicuntur reliquæ, quæ priores intrare nequeunt familias.

Herbaceæ quotannis ſupra Radicem pereunt, cum Radix omnis herbæ perennis infra terram gemmam proferat.

Frutices: Caudex adſcendit ſupra terram absque gemmis.

Arbores: Caudex adſcendit ſupra terram cum gemmis.

Gemmæ vel diſtinguunt Frutices ab Arbore, vel nulli Limites, cum magnitudo nihil facit. Pontedera itaque Gemmiparas dixit Arbores.

Indicæ arbores maximæ frutices dicentur, quum in his raro gemma: adeoque hæc diviſio non eſt naturalis, cum intra Fruticem & Arborem nullos limites poſuit natura, ſed opinio vulgi.

79. Vegetabilium (78) PARTES, primum a Tyrone diſtinguendæ, ſunt III: *Radix*, *Herba*, *Fructificatio*.

Conſtat Vegetabile ex *Medulla* 1, veſtita *Ligno* 2, facto ex *Libro* 3, ſecedente a *Cortice* 4, inducto *Epidermide* 5.

Medulla creſcit extendendo ſe & *integumenta*.

Fibræ *medullaris* extremitas per Corticem protruſa ſolvitur in *Gemmam* imbricatam ex foliolis nunquam renaſcituris.

Herbæ compendium Gemma eſt & extenditur in infinitum, donec Fructificatio imponat ultimum terminum antiquæ vegetationi.

Fructificatio fit, cum folia diſtinguenda cohærent in *Calycem*, quo rumpitur ramuli apex in *florem* annuo ſpatio præcocius, tum *Fructus* ex *medullari* ſubſtantia nequit novam vitam inchoare, niſi prius ſtaminum eſſentia *Lignea* abſorpta fuerit ab humore Piſtilli. Vide *Læſl. de Gemmis.*

Vegetabile omne a Radice propagatur continuando

Fructificatio omnis e Radice per Herbam producta.

Terminatur omne vegetabile Fructificatione, alioquin vix ceſſaret creſcere.

Nova *creatio* nulla; ſed *continuata* generatio, cum *Corculum* ſeminis conſtat parte radicis medullari.

80. RADIX (79) alimentum hauriens, Herbamque (81) cum Fructificatione (IV) producens, componitur *Medulla*, *Ligno*, *Libro*, *Cortice*; conſtatque *Caudice* & *Radicula.*

A. *Radicula* eſt pars Radicis fibroſa, in quam terminatur Caudex deſcendens, & qua Radix nutrimentum haurit pro vegetabilis ſuſtentatione.

B. *Caudex deſcendens* ſub terra ſeſe ſenſim ſubducit, & Radiculas (A) profert, a Botanicis ex varia ſtructura variis nominibus diſtinctus.

1. *Perpendicularis*, quæ recta deſcendit.
2. *Horizontalis*, quæ ſub terra transverſim extenditur; *Iris.*
3. *Simplex* fig. 129. quæ non ſubdividitur.
4. *Ramoſa* f. 130. quæ in laterales ramos dividitur.
5. *Fuſiformis* f. 129. quæ oblonga, craſſa, attenuata; ut *Daucus*, *Paſtinaca.*
6. *Tuberoſa* f. 128. quæ ſubrotundis conſtat corporibus in faſciculum collectis: *Pæonia*, *Hemerocallis*, *Helianthus*, *Solanum*, *Filipendula.*
7. *Repens* f. 131 quæ longe excurrit & radiculas hinc inde demittit.
8. *Fibroſa* conſtat tantum Radiculis fibroſis.
9. *Præmorſa*, quæ deorſum truncata eſt, nec attenuato apice terminatur; ut *Scabioſa*, *Plantago*, *Valeriana.*

C. *Caudex aſcendens* ſupra terram ſenſim ſe elevat, gerens ſæpius vices Truni, Herbamque (81) profert.

Arbores

Arbores Fruticesque omnes itaque sunt Radices supra terram. Ergo Arbor verticaliter inversa, e caudice descendente, fert Folia, ex adscendente Radiculas.

81. HERBA (79) est vegetabilis pars, orta a Radice (80), terminata fructificatione (86), comprehenditque *Truncum*, *Folia*, *Fulcra*, *Hybernaculum*.

Truncus multiplicat herbas, & immediate a Radice ad Fructificationem ducit, vestitus Foliis, terminatus Fructificatione.

Folia transpirant & adtrahunt (uti Pulmones in Animalibus), umbramque præbent.

Fulcra adminicula sunt, quibus licet privata, planta raro perit.

Hybernaculum est Herbæ compendium super radicem (80) antequam excrescit.

82. TRUNCUS (81) Folia & Fructificationem profert; Species ejus sunt VI: *Caulis*, *Culmus*, *Scapus*, *Pedunculus*, *Petiolus*, *Frons*, *Stipes*; at *Ramus* pars est.

A. *CAULIS*, Truncus proprius herbæ, elevat Folia Fructificationemque.

a. Simplex, continuata serie versus apicem extenditur.

1. *Integer* est simplicissimus, ramis vix ullis.
2. *Nudus* Foliis destitutus: *Euphorbia*, *Cactus*, *Stapelia*, *Ephedra*, *Cuscuta*.
3. *Foliatus*, foliis instructus est.
4. *Flexuosus*, secundum articulos horsum vorsum flexus: *Ptelea*.
5. *Volubilis* f. 115. spiraliter adscendens per ramum alienum.

Sinistrorsum ☾ secundum solem vulgo: *Humulus*, *Helxine*, *Lonicera*, *Tamus*.

Dextrorsum ☽ contra motum solis vulgi: *Convolvulus*, *Basella*, *Phaseolus*, *Cynanche*, *Euphorbia*, *Eupatorium*.

6. *Reclinatus*, arcuatim versus terram: *Ficus*.
7. *Procumbens*, horizontaliter supra terram.
8. *Repens* f. 112, radiculas hinc inde exserens procumbendo: *Hedera*, *Bignonia*.

9. *Sarmentosus* f. 131. repens, subnudus est.
10. *Parasiticus*, alteri plantæ, nec terræ innatus: *Epidendron*, *Viscum*, *Tillandsia*.
11. *Teres*, cylindricus est.
12. *Anceps* angulos duos oppositos habet: *Sisyrinchium*.
13. *Digonus*, *Trigonus*, *Tetragonus*, *Pentagonus*, *Polygonus*, præcedentis (12) species sunt.
14. *Triquetrus* latera tria plana obtinet.
15. *Triangularis*, *Quadrangularis*, *Quinquangularis*, *Multangularis*, ex numero angulorum prominentium.
16. *Sulcatus*, sulcis excavatis latis profundis exaratus.
17. *Striatus* lineis tenuissimis excavatis inscriptus.
18. *Glaber*, superficie lævi est.
19. *Villosus*, pilis mollibus pubescens: *Tomex*, *Rhus*.
20. *Scaber*, punctis eminentibus rigidiusculis exasperatus.
21. *Hispidus*, setis rigidis aspersus.

Ramosus est ramis lateralibus instructus.

22. *Ascendens* ramis sursum versis.
23. *Diffusus* ramis patentibus.
24. *Distichus* ramos situ horizontali exserit.
25. *Brachiatus* f. 117. ramos decussatim oppositos habet.
26. *Ramosissimus* ramis multis absque ordine gravidus.
27. *Fulcratus*, ramis descendens ad radicem: *Ficus*.
28. *Prolifer*, ex apicis centro emittens tantum ramos: *Pinus*.

Cætera ut in integro.

b. Compositus in ramulos subdivisus deliquescit adscendendo.

29. *Dichotomus*, bifariam semper divisus.
30. *Subdivisus*, in ramos absque ordine.
31. *Articulatus*, internodiis geniculatus: *Piper*.

B. *CULMUS*, Truncus proprius *Gramini* (78), elevat Folia Fructificationemque: Species servat caulis quam plurimas.

32. *Enodis*, qui continuus est, nec articulis interceptus.
33. *Articulatus* f. 114. variis articulis connectitur.
34. *Squamosus* f. 111. tectus squamis imbricatis.

C. *SCAPUS*, f. 113. Truncus universalis, elevans Fructificationem, nec Folia: *Narcissus*, *Pyrola*, *Convallaria*, *Hyacinthus*.

D. *PEDUNCULUS*, Truncus partialis, elevans Fructificationem nec Folia.

Pedicellus est Pedunculus partialis.

Determinatur Loco, aut Modo.

Loco,

Loco, quo plantæ inſeritur baſi.

1. *Radicalis*, quæ e radice immediate exit.
2. *Caulinus*, quæ cauli inſidet.
3. *Rameus*, qui e ramis exit.
4. *Axillaris*, ex ala, ſcilicet inter folium & caulem, aut inter ramum & caulem.
5. *Terminalis*, qui ramos vel caulem terminat.
6. *Solitarius*, qui unicus eſt in loco.
7. *Sparſi*, ubi plures abque ordine prognaſcuntur.

Modo, quo flores gerit & connectit ſummitate.

8. *Uniflorus*, *Biflorus*, *Triflorus* &c. *Multiflorus* ſecundum numerum fructificationum in ſingulo pedunculo.
9. *Faſciculus* colligit flores erectos, parallelos, faſtigiatos, approximatos: *Dianthus barbatus*.
10. *Capitulum* conſtat floribus plurimis in globum ferme congeſtis: *Gomphrena*.
11. *Spica* f. 165. flores ſeſſiles ſparſim alterni in pedunculo communi ſimplici.
    Secunda, floribus ad unum idemque latus verſis.
    Diſticha floribus ad utrumque latus ſpectantibus.
12. *Corymbus* f. 163. fit ex ſpica, dum ſinguli flores petiolis propriis inſtruuntur, ſitu elevato proportionali: *Spiræa opuli folio*, *Ledum*, *Siliquoſæ*.
13. *Panicula* f. 167. fructificatio ſparſa in pedunculis diverſe ſubdiviſis.
    Diffuſa cum divaricantur pedicelli.
    Coarctata cum Pedicelli approximantur.
14. *Thyrſus* panicula eſt coarctata in formam ovatam: *Syringa*, *Petaſites*.
15. *Racemus* f. 164. pedunculo ramis lateralibus brevibus conſtat: *Vitis*, *Ribes*.
16. *Verticillus* f. 166. fit ex floribus numeroſis ſubſeſſilibus, caulem annulatim ambientibus.

E. *PETIOLUS*, Trunci ſpecies, adnectens folium, nec Fructificationem.

Petiolus, Pedunculus, Pediculus anteceſſoribus Synonymi fuere, nobis autem minime.

Petiolus promit folium, at Pedunculus Fructificationem; datur tamen rariſſime, qui utrumque, ut in *Turnera* & *Hibiſco* aliquo.

Caulis brachiatus ſemper cauſſat folia oppoſita.

F. *FRONS*, f. 108. Trunci ſpecies, ex Ramo coadunatus Folio & ſæpius fructificatione.
Propria *Filicibus & Palmis.*

G. *STIPES* baſis Frondis eſt.
Proprius *Palmis*, *Filicibus*, *Fungis.*

83. FOLIUM (81) conſideratur ſecundum *Simplicitatem*, *Compoſitionem* aut *Determinationem.*

A. SIMPLEX (Tab. I.) eſt, cum Petiolus gerit unicum folium & differt hoc *Circumſcriptione*, *Angulis*, *Margine*, *Superficie*, *Apice*, *Subſtantia.*

a. Circumſcriptio conſiderat peripheriam abſque ſinubus & angulis.

1. *Orbiculatum* f. 1. cujus diameter longitudinalis & transverſalis æquales, peripheria circinata.
2. *Subrotundum* f. 2. cujus figura orbiculato (1) proxime accedit.
3. *Ovatum* f. 3. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice vero eodem anguſtiore.
4. *Ovale* ſ. *Ellipticum* f. 4. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, ſuperiore & inferiore extremitate anguſtiore.
5. *Parabolicum* f. 110. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem & a baſi ſurſum anguſtatur in ſemiovatum.
6. *Spatulatum* f. 109. cujus figura ſubrotunda, baſi anguſtiore lineari elongata.
7. *Cuneiforme* f. 45. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem & ſenſim deorſum anguſtatur.
8. *Oblongum* f. 5. cujus diameter longitudinalis aliquoties ſuperat transverſalem, & utraque extremitas ſegmento circuli anguſtior.

b. Anguli ſunt partes prominentes folii horizontalis.

9. *Lanceolatum* f. 6. eſt oblongum (8) utrinque ſenſim verſus extremitatem attenuatum.
10. *Lineare* f. 7. eſt æquali ubique latitudine, interdum utraque extremitate tantum anguſtatur.
11. *Aceroſum* f. 105. eſt lineare (10) perſiſtens; ut in *Pino*, *Abiete*, *Junipero*, *Taxo.*

12. *Subu-*

12. *Subulatum* f. 8. eſt inferius lineare (10), at verſus apicem ſenſim attenuatur.
13. *Triangulare* f. 12. cum tres anguli prominentes ambiunt diſcum.
14. *Quadrangulare*, *Quinquangulare* f. 20. præcedentis ſpecies ſunt.
15. *Deltoides* f. 58. rhombeum eſt ex quatuor angulis, e quibus laterales minus a baſi diſtant quam reliqui.
16. *Rotundum*, quod angulis privatur.

c. Sinus diſcum folii in partes ſecant.

17. *Reniforme* f. 9. eſt ſubrotundum (2) baſi excavatum, angulis deſtitutum.
18. *Cordatum* f. 10. eſt ovatum (3) baſi excavatum, deſtitutum angulis poſticis.
19. *Lunulatum* f. 11. eſt ſubrotundum (2) baſi excavatum, angulis poſticis notatum.
20. *Sagittatum* f. 13. eſt triangulare (13) baſi excavatum, angulis poſticis inſtructum.
21. *Haſtatum* f. 15. eſt triangulare (13) baſi lateribusque excavatis: angulis patulis: *Rumex.*
22. *Panduræforme* eſt oblongum (8) inferne latius, lateribus coarctatum.
23. *Fiſſum* f. 16. eſt diviſum ſinubus linearibus, marginibusque rectis.
Bifidum, *Trifidum*, *Quadrifidum*, *Quinquefidum* &c. *Multifidum*, a numero hujus.
24. *Lobatum* f. 19. eſt diviſum ad medium in partes diſtantes, marginibus convexis.
Bilobum, *Trilobum* f. 17. *Quadrilobum*, *Quinquelobum* a numero hujus.
25. *Palmatum* f. 22. eſt longitudinaliter in partes plures ſubæquales diviſum verſus baſin, qua tamen cohærent in unum.
26. *Pinnatifidum* f. 23. eſt transverſim diviſum laciniis horizontalibus oblongis.
27. *Lyratum* f. 76. eſt transverſim diviſum in lacinias, ita ut ſuperiores majores ſint, & inferiores remotiores.
28. *Laciniatum* f. 24. varie ſectum in partes, partibus itidem indeterminate ſubdiviſis.
29. *Sinuatum* f. 25. quod lateribus ſinus dilatatos admittit.
30. *Partitum* f. 28. eſt diviſum usque ad baſin.

Bipar-

Bipartitum, *Tripartitum*, *Quadripartitum*, *Quinquepartitum*, *Multipartitum*, a numero hujus.

31. *Integrum* eſt indiviſum, ſinu omni deſtitutum; ergo hoc prioribus (17-30) opponitur.

d. Apex eſt extremitas folii, in quem definit.

32. *Truncatum*, quod linea transverſali definit.

33. *Præmorſum* f. 18. quod obtuſiſſimum terminatur inciſuris inæqualibus.

34. *Retuſum* f. 46. quod terminatur ſinu obtuſo.

35. *Emarginatum* f. 45. quod terminatur crena.

36. *Obtuſum* f. 40. quod terminatur quaſi intra ſegmentum circuli.

37. *Acutum* f. 41. quod terminatur angulo acuto.

38. *Acuminatum* f. 42. quod terminatur apice ſubulato.

Obtuſum acumine f. 43. patet ex dictis (36.38).

39. *Cirrhoſum*, quod terminatur cirrho (§. 84); *Glorioſa*, *Flagellaria*, *Niſſolia T.*

e. Margo eſt extrema ora folii ad latera, intacto diſco folii.

40. *Spinoſum*, quod margine exit in acumina duriora, rigida, pungentia.

Inerme ſpinoſo folio opponitur.

41. *Dentatum* f. 30. quod acumina horizontalia, folii conſiſtentiâ, ſpatio remota habet.

42. *Serratum* f. 31. quod angulis acutis imbricatis extremitatem reſpicientibus notatur.

43. *Crenatum* f. 38. cujus margo angulis neutram extremitatem reſpicientibus ſecatur.

obtuſe f. 36, *acute* f. 35, *duplicate* f. 33.

44. *Repandum* f. 29. cujus margo angulis, eisque interjectis ſinubus, circuli ſegmento inſcriptis terminatur.

45. *Cartilagineum* f. 34. cujus margo cartilagine, a ſubſtantia folii diverſiſſima, firmatur.

46. *Ciliatum* f. 50, cujus margo ſetis parallelis longitudinaliter obvallatur.

47. *Lacerum*, quod margine varie ſectum eſt ſegmentis difformibus.

48. *Eroſum* f. 21. cum folium ſinuatum (29) margine ſinus alios minimos obtuſos acquirit.

49. *Integerrimum* f. 42. cujus margo extimus integer abſque omni crena eſt.

f. Super-

f. Superficies discum folii Supinum (superiorem) vel Pronum (inferiorem) tegit.

50. *Viscidum*, quod humore non fluido, sed tenaci oblinitum.

51. *Tomentosum* f. 48. villis intertextis vix conspicuis tegitur, ergo sæpius albidum; uti Plantæ marinæ & campestres ventis expositæ.

52. *Lanatum* quasi tela araneæ indutum: *Salvia, Sideritis.*

53. *Pilosum* f. 47. quum pili distincti elongati tegunt superficiem: *Cortusa.*

54. *Hispidum* f. 49. quum setæ rigidiusculæ fragiles per discum folii sparsæ sunt.

55. *Scabrum*, quum tubercula rigidiuscula per discum folii sparguntur.

56. *Aculeatum*, cum acumina pungentia rigida occupant discum.

57. *Striatum*, quum lineæ superficiales excavatæ longitudinales parallelæ inscriptæ sunt.

58. *Papillosum* f. 54. quod tegitur punctis vesicularibus.

59. *Punctatum*, quod punctis excavatis adspersum est.

60. *Nitidum*, quod glabritie lucidum est: *Ferula canadensis*, *Angelica canadensis.*

61. *Plicatum* f. 37. quum discus folii versus marginem ad angulos adscendit & descendit: *Alchemilla.*

62. *Undulatum* fit, cum discus folii versus marginem convexe adscendit & descendit.

63. *Crispum* f. 39 cum peripheria folii major evadit, quam discus admittit, ut undulatum fiat. Folia omnia Crispa monstra sunt.

64. *Rugosum* f. 51. cum venæ foliorum contractiores evadunt, quam discus, ut interjecta substantia adscendat: *Salvia.*

65. *Concavum*, cum margo folii arctior fit, quam ut discum circumscribat, unde deprimitur discus.

66. *Venosum* f. 52. cum vasa discurrentia evadunt ramosissima, & anastomoses nudo oculo exhibent.

67. *Nervosum* f. 53. quum vasa simplicissima absque ramulis extenduntur a basi versus apicem.

68. *Coloratum*, quod alium colorem, quam viridem induit: *Amaranthus tricolor.*

69. *Glabrum*, quod superficie lævi, est absque omni inæqualitate.

g. Sub-

g. Subſtantia folii conſideratur ſecundum latera.

70. *Teres* f. 62. quod maxima ex parte cylindricum eſt.
Semicylindraceum eſt teres, ſed altero latere longitudinaliter planum.

71. *Tubuloſum*, quod interne (ſi detruncetur) cavitatem habet: *Cepa*.

72. *Carnoſum*, quod interne pulpa repletum eſt: *Succulentæ*.

73. *Compreſſum*, quod a lateribus marginalibus oppoſitis comprimitur, ut ſubſtantia folii major fiat quam diſcus.

74. *Planum*, quod utramque ſuperficiem ubique parallelam gerit.

75. *Gibbum*, quod utramque ſuperficiem facit convexam (76), mediante copioſiore pulpa.

76. *Convexum*, quod in diſco magis elevatum eſt.

77. *Depreſſum*, quod in diſco magis deprimitur quam ad latera.

78. *Canaliculatum* f. 61 ex ſulco profundo, ſecundum totam longitudinem, excavatum in dimidiatum fere cylindrum.

79. *Enſiforme* eſt anceps (83), a baſi verſus apicem adtenuatum.

80. *Acinaciforme* f. 56. eſt compreſſum carnoſum, altero margine convexo anguſto, altero rectiore craſſiore: *Meſembryanthemum Dill.*

81. *Dolabriforme* f. 57. eſt compreſſem ſubrotundum obtuſum, extrorſum gibbum (75) acie acuta, inferne teretiuſculum: *Meſembryanthemum. Dill.*

82. *Linguiforme* f. 55. eſt lineare carnoſum, obtuſum, ſubtus convexum, margine ſæpius cartilagineo. *Meſembryanthemum Dill.*

83. *Anceps* eſt, quod duos angulos prominentes longitudinales diſco convexiore admittit.

84. *Triquetrum* f. 59. cujus tria latera longitudinalia plana ſunt in folio ſubulato.

85. *Sulcatum* f. 60. quod angulis numeroſis totidemque interjectis ſinubus, longitudinaliter exaratur.

86. *Carinatum*, ſi pars prona diſci prominet longitudinaliter.

87. *Membranaceum*, quod inter utramque ſuperficiem nulla evidenti pulpa ſcatet.

B. COM-

B. COMPOSITUM (Tab. II.) respicit folia plura, in uno petiolo, secundum *Structuram* aut *Gradus*.

h. Structura considerat foliolorum insertionem.

88. *Compositum*, cum Petiolus simplex profert plus quam folium unicum.

89. *Articulatum* f. 100. cum Folium unum ex alterius apice excrescit.

90. *Digitatum*, f. 66. cum Petiolus simplex apice adnectit Foliola plura.

91. *Binatum* f. 63. est digitatum (89): foliolis duobus.

92. *Ternatum* f. 64. 65 est digitatum (89): foliolis tribus.

93. *Quinatum* est digitatum (89): foliolis quinque.

94. *Pinnatum*, cum Petiolus simplex lateribus adnectit foliola plura.

cum impare f. 68. est pinnatum terminatum foliolo impari.

cirrhosum f. 72. est pinnatum terminatum cirrho (§. 84).

abruptum f. 69. est pinnatum terminatum neque cirrho, neque foliolo.

oppositè, est pinnatum: foliolis oppositis (111).

alternatim f. 70. est pinnatum: foliolis alternis (112.)

interrupte f. 71. pinnatum: foliolis alternis minoribus.

articulate f. 75. pinnatum: petiolo communi articulato.

decursive f. 74. pinnatum foliolis decurrentibus (121) per Petiolum.

95. *Conjugatum* est, cum pinnatum (94) constat modo foliolis duobus, nec pluribus.

i. Gradus considerant subdivisionem Petioli communis.

96. *Decompositum*, cum Petiolus semel divisus adnectit foliola plura.

97. *Bigeminatum*, cum Petiolus dichotomus (§. 82.) apicibus adnectit foliola quatuor.

98. *Biternatum* (Duplicato-ternatum) f. 77. cum Petiolus affigit tria foliola ternata: *Epimedium*.

99. *Bi-pinnatum* (duplicato-pinnatum) f. 78. cum Petiolus lateribus affigit foliola pinnata (94).

100. *Pedatum* (Ramosum) f. 67. cum Petiolus bifidus latere tantum interiore adnectit foliola: *Passiflora*, *Arum*.

101. *Su-*

101. *Supradecompositum*, cum Petiolus aliquoties divisus adnectit plurima foliola.

102. *Triternatum* (Triplicato-ternatum) f. 79. cum Petiolus affigit tria foliola biternata (98).

103. *Tripinnatum* (triplicato-pinnatum) f. 80. cum Petiolus affigit plura foliola Bipinnata (99).

C. DETERMINATIO (Tab. III.) aliunde (nec a propria structura) notam adquirit; uti a *Loco*, *Situ*, *Insertione* aut *Directione*.

k. Locus, quo adnectuntur parti plantæ.

104. *Seminale* f. 88. quod antea cotyledon (§. 86: VI) fuit, & primum in planta est.

105. *Radicale*, quod Radici (§. 80) insidet.

106. *Caulinum*, f. 89. quod Cauli (§. 82: A) insidet.

107. *Rameum*, f. 90. quod Ramo (82) insidet.

108 *Axillare* (Subalare), quod ad rami (82) exitum inseritur.

109. *Florale* f. 91. quod ad Floris (82: C) exortum inseritur.

l. Situs est dispositio Foliorum in Plantæ caule.

110. *Stellata* (Verticillata) f. 101. cum folia plura quam duo verticillatim caulem ambiunt.

111. *Terna*, *Quaterna*, *Quina*, *Sena*, &c. f. 102. sunt species numeri Stellatorum (110): *Nerium*, *Brabejum*, *Hippuris*.

112. *Oppositа* f. 82-87. 103. cum caulina folia duo, per paria decussatim, e regione collocantur.

113. *Alterna* f. 104. cum unum post alterum tanquam per gradus exit.

114. *Sparsa*, cum in planta sine ordine copiosissima.

115. *Conferta* f. 105. cum ita copiosa, ut ramos occupent totos, vix relicto spatio.

116. *Imbricata* f. 106. si conferta & erecta (115), ut invicem se quoad partem tegant.

117. *Fasciculata* f. 107. si ex eodem puncto plura folia prodeunt: *Larix*.

118. *Disticha*, si omnia folia duo latera rami tantum respiciunt: *Abies*, *Diervilla*.

m. Insertio folii fit basi ejusdem.

119. *Peltatum* f. 92. si Petiolus (non margini s. basi) disco folii inseritur: *Nymphæa*, *Hernandia*, *Colocasia*.

120 *Petio-*

120. *Petiolatum* f. 93. si Petiolus (§ 82.) adnectitur folio ad marginem baseos.

121. *Sessile* f. 94. si Folium petiolo (§. 82. E) careat & immediate cauli (82. A) adnectatur.

122. *Decurrens* f. 95. si basis folii sessilis (121) dein ultra basin extendatur deorsum per caulem: *Verbesina*, *Carduus*, *Sphæranthus*.

123. *Amplexicaule* f. 96. si basis folii undique ambiat latera caulis transversim.

Semiamplexicaule a priori gradu minore differt.

124. *Perfoliatum* f. 97. si basis folii undique cingat transversim caulem: *Bupleurum*.

125. *Connatum* f. 98. si folia opposita (112) inter se connata in unum: *Lonicera*, *Eupatorium*.

126. *Vaginans* f. 99. si folii basis formet tubum cylindricum, ramum (82) vestientem: *Polygonum*, *Rumex*.

n. Directio.

127. *Adversum*, quod latus (non cœlo, sed) meridiei obvertit: *Amomum*.

128. *Obliquum*, cum basis folii cœlum, apex horizontem spectat: *Protea*, *Fritillaria*.

129. *Inflexum* (Incurvum) f. 82. dum sursum arcuatur versus caulem.

130. *Adpressum*, dum discus folii approximatur cauli.

131. *Erectum* f. 83. quod ad angulum acutissimum cauli adsidet.

132. *Patens* f. 84 quod ad angulum acutum cauli insidet.

133. *Horizontale* f. 85. quod ad angulum rectum a caule discedit.

134. *Reclinatum* f. 86. quod deorsum curvatur, ut apex fiat basi inferior; quibusdam etiam *Reflexum* dicitur.

135. *Revolutum* f. 87. quod deorsum revolvitur.

136. *Dependens*, quod recta terram spectat.

137. *Radicans*, si folium radices agat.

138. *Natans*, quod superficiei aquæ innatat: *Nymphæa*, *Potamogeton*.

139. *Demersum*, quod infra aquæ superficiem absconditur.

84. FULCRA (81) adminicula plantæ sunt, pro commodiore sustentatione; numerantur hodie VII: *Stipula*, *Bractea*, *Spina*, *Aculeus*, *Cirrhus*, *Glandula*, *Pilus*.

1. *STIPULA* f. 118: b. est squama, quæ basi Petiolorum (82: V) aut Pedunculorum (82: IV) enascentium utrinque adstat: *Papilionaceæ*, *Tamarindus*, *Cassia*, *Rosa*, *Melianthus*, *Liriodendrum*, *Armeniaca*, *Persica*, *Padus* &c.
2. *BRACTEA* fig. 120. dicitur Folium florale (83: 100), cum colore & figura recedit a ceteris: *Tilia*, *Fumaria bulbosa*, *Lavandulæ Stœchas*, *Salviæ Horminum*.
3. *SPINA* f. 121. est mucro plantæ e ligno plantæ protusus: *Prunus*, *Rhamnus*, *Hippophaë*, *Celastrus*, *Lycium*.
   Culturâ sæpius evanescit; ut in *Pyro*.
4. *ACULEUS* f. 22, 123. est mucro plantæ, ejusdem cortici tantum affixus: *Rosa*, *Rubus*, *Ribes*, *Berberis*.
5. *CIRRHUS* f. 118. est vinculum filiforme spirale, quo planta alio corpori alligatur: *Vitis*, *Banisteria*, *Cardiospermum*, *Pisum*, *Bignonia*.
6. *GLANDULA* f. 119. est Papilla humorem excernens: *Urena*, *Ricinus*, *Jatropha*, *Passiflora*, *Cassia*, *Opulus*, *Turnera*, *Salix tetrandra*, *Heliocarpus*, *Bryonia zeyl.*, *Acacia cornigera*, *Bauhinia aculeata*, *Armeniaca*, *Amygdalus*, *Morisona*.
   Locus: Petioli, Foliorum Serraturæ, & Stipulæ tenellæ.
7. *PILUS* est ductus excretorius plantæ setaceus.
   Guettardus in his primaria detexit.

85. HYBERNACULUM (81) est pars Plantæ includens Herbam (81) embryonem ab externis injuriis; estque *Bulbus* vel *Gemma*.

1. *BULBUS* est hybernaculum caudici descendenti (80) insidens.
   Squamosus f. 125. constans imbricatis lamellis: *Lilium*.
   Solidus f. 126. constans substantia solida: *Tulipa*.
   Tunicatus f. 127. constat tunicis numerosis; *Cepa officinarum*.
   Articulatus constans lamellis catenulatis: *Lathræa*, *Martynia*, *Adoxa*.
2. *GEMMA* est hybernaculum caudici adscendenti 80) insidens.
   Constat vel Stipulis, vel Petiolis, vel Foliorum rudimentis, vel Squamis corticalibus.

Uti

Uti Plantæ pleræque in *frigidis*, ſic in *calidis* Terris vix ullæ, gemmis gaudent.

Carent gemmis Arbores variæ: *Philadelphus*, *Frangula T.* *Alaternus* T. *Paliurus* T. *Jatropha*, *Hibiſcus*, *Bahobab*, *Juſticia*, *Caſſia*, *Mimoſa*, *Gleditſia*, *Erythrina*, *Anagyris*, *Medicago*, *Nerium*, *Viburnum*, *Rhus*, *Tamarix*, *Hedera*, *Erica*, *Malpighia*, *Lavatera*, *Solanum*, *Aſclepias*, *Ruta*, *Geranium*, *Petiveria*, *Pereſkia* Pl. *Cupreſſus*, *Thuja*, *Sabina*.

Species Gemmarum variæ ſunt.

Deciduæ in Dentaria, Ornithogalo, Lilio, Saxifraga.

Foliiferæ, *non floriferæ*: Almus.

Foliiferæ & floriferæ diſtinctæ: Populus, Salicis ſpecies, Fraxinus.

Foliiferæ & floriferæ femineæ: Corylus, Carpinus.

Foliiferæ & floriferæ maſculæ: Pinus, Abies.

Foliiferæ & floriferæ hermaphroditæ: Daphne, Ulmus, Cornus, Amygdalus.

Foliifero-floriferæ, ut pleræque arbores.

Læflingii Diſſ. de *Gemmis arborum* cetera docet.

IV FRUCTIFICATIO.

86 FRUCTIFICATIO (79) Vegetabilium pars temporaria, Generationi dicata, antiquum terminans, novum incipiens; hujus Partes VII. numerantur:

I. CALYX, Cortex plantæ in fructificatione præsens.

1. *Perianthium*, Calyx Plantæ (78) Fructificationi contiguus.
   - *a. Fructificationis*, Stamina Germenque includens.
   - *b. Floris*, Stamina absque Germine continens.
   - *c. Fructus*, Germen absque Staminibus continens.
2. *Involucrum* f. 135. Calyx Umbellæ (29) a flore remotus.
   - *a. Universale* umbellæ universali subjectum.
   - *b. Partiale* umbellulæ partiali subjectum.
3. *Amentum* f. 137. Calyx ex Receptaculo communi paleaceo-gemmaceo.
4. *Spatha* f. 132. 133. Calyx *Spadicis* (31) longitudinaliter ruptus.
5. *Gluma* f. 134. Calyx *Graminis*, valvis amplexantibus, *Arista*, mucro glumæ insidens.
6. *Calyptra* f. 136. Calyx *Musci* cucullatus, antheræ superimpositus.
7. *Valva* f. 139. Calyx *Fungi* membranaceus, undique lacerus.

II. COROLLA, Liber plantæ in Flore præsens.

8. *Petalum*, tegmen floris corollaceum.
   - *a. Tubus* f. 142. a. corollæ monopetalæ pars inferior tubulosa.
   - *b. Limbus* f. 142. b. corollæ monopetalæ pars superior dilatata.
     - *Campanulatus*, ventricosus absque tubo.
     - *Infundibuliformis*, conicus, tubo impositus.
     - *Hypocrateriformis* f. 142. planus, tubo impositus.
     - *Rotatus* planus, nulli tubo impositus.
     - *Ringens*, irregularis, in duo labia personatus.
   - *c. Unguis* f. 144. a. Corollæ polypetalæ pars inferior basi affixa.
   - *d. Lamina* f. 144. b. Corollæ polypetalæ pars superior patula.
     - *Cruciformis* f. 144. petalis quatuor æqualibus patens.

Papilio-

Papilionacea irregularis: petalo inferiore cymbiformi, superiori adscendente; lateralibus solitariis.

9. *Nectarium* pars mellifera flori propria. f. 145. 146. 147. 148.

III STAMEN, Viscus pro Pollinis præparatione.

10. *Filamentum* pars elevans adnectensque Antheram.
11. *Anthera* pars floris gravida Polline, quod matura dimittit.
12. *Pollen*, pulvis Floris, humore rumpendus, atomosque elasticos ejaculans.

IV. PISTILLUM, Viscus fructui adhærens, pro Pollinis receptione.

13. *Germen* rudimentum Fructus immaturi in flore.
14. *Stylus* pars Pistilli, Stigma elevans a Germine.
15. *Stigma* summitas Pistilli madida humore Pollen rumpendo.

V. PERICARPIUM, Viscus gravidum seminibus, quæ matura dimittit.

16. *Capsula* f. 160. 159. 161. Pericarpium cavum, determinate dehiscens.
    - *Valvula* f. 159. a. Paries, quo fructus tegitur externe.
    - *Dissepimentum* f. 159 b. paries, quo fructus interne distinguitur in concamerationes plures.
    - *Columella* f. 159. c. pars connectens parietes internos cum seminibus.
    - *Loculamentum* f. 159. d. concameratio vacua pro seminum loco.
17. *Siliqua* f. 155. Pericarpium bivalve, affigens semina secundum suturam utramque.
18. *Legumen* f. 154. Pericarpium bivalve, affigens semina secundum suturam alteram tantum.
19. *Conceptaculum* f. 153. Pericarpium univalve, latere longitudinaliter dehiscens, a seminibus distinctum.
20. *Drupa* f. 157. Pericarpium farctum evalve, *Nucem* continens.
21. *Pomum* f. 158. Pericarpium farctum evalve *Capsulam* continens
22. *Bacca* f. 158 Pericarpium farctum evalve, *Semina* cetero-quin nuda continens.
23. *Strobilus* f. 138. Pericarpium ex *Amento* factum.

VI. SEMEN, pars vegetabilis decidua, novi rudimentum, pollinis irrigatione vivificatum.

24. *Semen* (proprie) novum vegetabilis rudimentum, humore rigatum, vesica tunicatum.
   a. Corculum novæ plantæ primordium intra semen.
      Plumula pars corculi squamosa adscendens.
      Rostellum pars corculi simplex descendens.
   b. Cotyledon, corpus laterale seminis, bibulum, caducum.
   c. Hilum, cicatrix externa seminis ab ejusdem affixione in fructu.
   d. Arillus, tunica propria exterior seminis, sponte secedens.
   e. Coronula, calyculus adhærens, quo volitat.
      Pappus f. 162. corona pennacea, pilosave volitans.
         Stipes, filum elevans connectensque Pappum & Semen.
   f. Ala, membrana, qua volitante disseminatur, affixa semini.
25. *Nux*, semen tectum epidermide ossea.
26. *Propago*, Semen *Musci* decorticatum, detectum 1750.

VII RECEPTACULUM, basis qua partes fructificationis VI connectuntur.

27. *Receptaculum Proprium*, quod partes unius tantum fructificationis respicit.
      Fructificationis, pro Flore & Fructu commune.
      Floris, basis, ubi floris partes absque Germine affiguntur.
      Fructus, basis pro fructu, remota a floris receptaculo.
      Seminum, basis, qua semina intra Pericarpium affiguntur. f. 161.
28. *Receptaculum Commune* connectens flosculos plures, ita, ut si aliqui eximantur, irregularitas caussetur. f. 140.
   Palea, lamella innata, flosculos distinguens. f. 141.
29. *Umbella*, receptaculum ex centro eodem elongatum in pedunculos filiformes proportionatos.
   a. Simplex, quæ non subdividitur, ut *Panax*.
   b. Composita, cujus omnes pedunculi apice umbellulas gerunt.
      Universalis, quæ alias umbellulas apicibus gignit.
      Partialis umbellula, quæ prodiit ex universali.

30. *Cynæ*

30. *Cyma* receptaculum ex centro eodem universali, partialibus vero vagis, elongatum in pedunculos tastigiatos.

31. *Spadix* f. 133. b. Receptaculum *Palmæ* enatum intra spatham, in ramulos fructificantes.

87. Partes FLORIS: *Calyx, Corolla, Stamen, Pistillum.* FRUCTUS *Pericarpium, Semen, Receptaculum.* FRUCTIFICATIONIS, itaque *Flos, Fructus* sunt.

FLORIS Definitio ab authoribus traditur varie:

Jungii: Flos est pars plantæ tenerior, colore & figura, vel utroque insignis, rudimento fructus cohærens.

Raji: Flos est pars plantæ tenuior, fugax, colore & figura, vel utroque insignis, fructui prævia, eique plurimum cohærens, & tenello tegendo fovendoque inserviens, quæ, postquam explicatur, brevi aut discedit aut marcescit.

Tournefortii: Flos est pars plantæ, forma & natura ceteris dissimilis, fructui nascenti plerumque adhærens, cui primum alimentum ad tenerrimas ejus partes explicandas ministrare videtur.

Pontederæ: Flos est pars plantæ, forma & natura ceteris dissimilis, embryoni semper, si tuba instructus est flos, vel adhærens, vel quam proxime affixa, cujus usui inservit; si vero tuba careat, nulli embryoni adhærens.

Ludwigii: Flos est pars plantæ filamentosa & membranosa, quæ a reliquis loborum elegantia, & subtiliore fabrica in vulgus distinguitur.

FRUCTUS Definitio:

Jungii: Fructus pars plantæ annua, flori cohærens & succedens, qui, ubi ad perfectionem pervenerit, sponte a planta abscedit, & commoda nutrice exceptus novæ plantæ facit initium.

Calycem esse partem floris, quamvis sæpius in fructu adsit, inde liquet, quod calyx nunquam erumpat in flore post floreſcentiam.

Patagonulæ calyx in fructu maxime ampliatur.

Deciduis calycibus multiflores instruuntur, qui cadunt ad primam floris explicationem, ut in *Epimedio, Papavere.*

88. Essentia FLORIS (87) in *Anthera* (86) & *Stigmate* (86) consistit.

FRUCTUS (87) in *Semine* (86).

FRUCTIFICATIONIS (87) in *Flore* & *Fructu*.

VEGETABILIUM (78) in *Fructificatione* (87).

Character partium plantarum difficile cognitur, nisi assumantur duo prima *Pollinis* & *Seminis*.

1. POLLEN est pulvis vegetabilium (§. 3.), appropriato liquore madefactus rumpendus, & substantiam sensibus nudis imperscrutabilem elastice explodens.
2. SEMEN est pars plantæ decidua, rudimento novæ plantæ fœta, & polline vivificata.
3. ANTHERA est vas *Pollen* (1) producens & dimittens.
4. PERICARPIUM est vasculum *Semina* (2) producens dimittensque.
5. FILAMENTUM est pes *Antheræ* (3), quo vegetabili alligatur.
6. GERMEN est *Pericarpii* (4) *Seminis*ve (2) rudimentum immaturum, existens præcipue eodem tempore, quo Anthera (3) Pollen (1) dimittit.
7. STIGMA est apex *Germinis* (6) roridus.
8. STYLUS est pes *Stigmatis* (7), connectens illud cum *Germine* (6).
9. COROLLA & CALYX sunt tegumenta *Staminum* (1.3.5) & *Pistillorum* (6.7.8), quorum hic ex *Epidermide* corticali, illa ex *Libro* orta est
10. RECEPTACULUM est, quod connectit partes prædictas (5.6.9).
11. FLOS ex *Anthera* (3) & *Stigmate* (7) nascitur, sive tegumenta (9) adsint, sive non.
12. FRUCTUS ex *Semine* (2), sive Pericarpio (4) sive non tectum, dignoscitur.
13. FRUCTIFICATIO omnis gaudet *Antheræ* (3), *Stigmate* (7) & *Semine* (2).
14. VEGETABILE omne *Flore* (11) & *Fructu* (12) instruitur; ut nulla species his destituta.

Seminis essentia consistit in *Corculo* (§. 86.) quod *Cotyledoni* adnectitur, & ab eodem involvitur, dein tunica propria arcte vestitur.

Corculi

Corculi essentia consistit in *Plumula*, quæ Punctum vitæ ipsius plantæ est sub minima mole, & uti *Gemma* crescit in infinitum; at basis Plumulæ est *Rostellum*, quæ descendit & Radices agit, olim matri contigua.

Propagines Muscorum sunt semina destituta tunica & cotyledonibus, adeoque nudi corculi Plumula, ubi Rostellum infigitur calyci plantæ.

89. PERIANTHIUM (86: I.) a *Bractea* (84) differt, quod *illud*, maturo fructu, si non prius, marcescat; *Foliola floralia* non item.

Bracteæ exempla petenda e *Melampyro, Monarda, Salvia, Lavendula, Bartsia, Hebenstretia, Mussænda, Tilia, Fumaria.*

Bracteam pro Perianthio sæpius & facile assumi, patet ex *Helleboro, Nigella, Passiflora, Hepatica, Pegano.*

Perianthii definitio apud Auctores:

Malpigh: Calyx floris basis est & fulcimentum, sua corporatura foliorum stamina fovet, quia & ipsorum progressum plerumque cooperit.

Raji: Calyx est, qui florem sustentat ejusque velut basis & fundamentum; est ideoque crassior & minus insignis flore.

Tournefort: Calyx dici debet pars floris posterior, crassitudine quadam notabili a pediculo distincta.

Ludwig: Calyx s. Perianthium est membrana exterior floris.

90. COROLLA (86: IV.) a PERIANTHIO (86: I) distinguitur, quod *illa* cum Staminibus (86: III.) situ alternat, *Perianthium* autem opponitur.

Tournef. Petala sunt folia illa, quæ forma & colore plerumque ceteris partibus præstant, quæque nunquam fiunt seminis involucrum.

Columna, Petalum esse Floris Folium, primus dixit.

Stamina alternare cum Petalis, uti Petala cum Perianthio, adeoque & stamina opponi laciniis calycinis, patet ex *Tetrandris* & *Pentandris* completis.

Exempla regulæ petas ex *Chenopodio, Urtica, Parietaria*, ubi Corolla deest.

Statuere, ubi ex Perianthio & Corolla alterum adest, esse hoc Corollam, uti pars præstantior, negant *Ammannia, Isnarda, Peplis, Ruellia, Campanula*, quæ sæpe corollas excludunt, non vero calyces.

Calycem, uti a cortice plantæ ortum, magis rudem craſſumque eſſe, quam Corolla, e tenero colorato molli Libro producta, cuique patet: Limites autem horum determinantur vix unquam, niſi a colore, qui non ſufficiens eſt, ut in *Bartſia*.

Plurimi Flores ferunt Corollas coloratas, nudas, caducas, ſub ſtatu floreſcentiæ, quæ dein indurantur, vireſcunt, perſiſtunt, e. gr. *Helleborus*, *Ornithogalum*.

Limites inter Calycem & Corollam abſolutos, naturam non poſuiſſe, patet ex *Daphnide*, ubi connata ambo, & margine omnino unita, veluti folium *Buxi*. *cfr. Claſſ. plant. §. n. 11.*

Euphorbiam monopetalam ſtatuunt varii, qui calycem pro corolla habent; peltas autem Floris eſſe Petala docent ſpecies annuæ indicæ petalis albis diſtinctiſſimis.

91. PETALORUM (86:8) *Numerus* a baſi Corollæ: *Laciniarum* autem a medio Limbi aut Laminæ deſumendus eſt.

Rivini: Tot Petala numeramus, in quot reſolvitur Flos deciduus.

Monopetali: *Trientalis*, *Oxalis*, *Ledum*, *Anagallis*, *Veronica*.

Pentapetali: *Alſines*.

Tetrapetalus *Oxycoccus* perperam habetur, licet in 4 partes reſolvatur, nam antea unum erant.

Rivini: Quicunque flores ſupra fructum hærent fundo integro, monopetali ſunt, etiamſi tales non decidant.

Quicunque in ſinu ſuo fructum fovent, petalisque variis cohærentibus conſtant, contrario, ſecundum numerum petalorum habendi, quamvis non defluant.

Polypetalorum numerus ab ordinibus inſertionum determinatur, ut in *Hepatica*.

Græce enunciatur vulgo *Petalorum* numerus:

Apetalus, *Pexalodes*, *Monopetalus*, *Dipetalus*, *Tripetalus*, *Tetrapetalus*, *Pentapetalus*, *Hexapetalus*, *Polypetalus*.

Segmenta corollæ monopetalæ a variis in *cides* terminantur: *Pentapetaloides*, *Tetrapetaloides*.

Perianthium difficilius diſtinguitur in *monophyllum & polyphyllum*.

Vaillantii: Si Calyx embryonem coronat, eſt monophyllus, unumque cum embryonibus corpus conſtituit.

Calyx monophyllus eſt, quoties monopetalus flos eſt. *perperam*.

92. STRU-

92. STRUCTURAM triplicem Fructificationis, in omnibus ejusdem partibus (86), ubique observat Botanicus: *Naturalissimam*, *Differentem* & *Singularem*; Et has secundum quatuor *Dimensiones*: Numerum, Figuram, Proportionem & Situm attento oculo describat.

Dimensionis 4 requisita: *Numerus*, *Figura*, *Proportio*, *Situs*, sunt totidem artis columnæ.

Figura determinatur terminis foliorum. §. 83.

Proportio æstimatur secundum altitudinem partium inter se.

Situs s. Insertio aut connexio partium eædem sunt.

Lubrica sæpius sunt: *Magnitudo*, *Color*, *Odor*, *Sapor*.

93. NATURALISSIMA Structura (92) Fructificationis a pluralitate existentium desumitur: in α *Numero* (94), β *Figura* (95), γ *Proportione* (96), δ *Situ* (97).

Naturalissima in plerisque Plantis occurrit:

Calycem crassiorem, breviorem corollâ tenera caduca

Pistillum in medio floris intra stamina; Antheras insidere filamentis & Stigmata stylis &c. communiter obtinet.

Differunt omnes fructificationes, & sic etiam conveniunt omnes.

Naturalissima structura ex usu adsuescit, nec observatur dein a Botanico genuino; hanc diffuse describunt idiotæ & peregrinatorum turba, eoque produnt ignorantiam, quam perversi extollunt.

Agrostographus eximius hic parum impegisse mihi videtur, alioquin vere Magnus.

Exemplo Characterem barbare constructum proponam: CALYX viridis, erectus, brevis, quinquepartitus, segmentis angustis, angustioribus quam longis. COROLLA *petalis* quinque, explanatis, basi angustioribus, coloratis, tenuissimis, patentibus, insertis receptaculo intra calycem, defluentibus ad basin, alternantibus cum calycis laciniis, cadentibus ante maturitatem fructus. STAMINUM *Filamenta* nonnulla, angusta, subteretia, superne angustiora, inserta receptaculo intra corollam, alternata cum petalis, sed calyci opposita. *Anthera* unica in singulo filamento, quæ rumpitur, reddítque farinam & contabescit. PISTILLUM centrum floris occupat intra stamina, habet pro basi *Rudimentum fructus* parvum, cujus apici *styli* insi-

insident, germine angustiores, quæ nec plani sunt, sed anguſti, distincti a corolla, & *stigmata* gerunt in apicibus crassiuscula. Postquam defloruit Planta, excrescit germen & fit PERICARPIUM, quod replet calycem, fit durum, & apice vestigium styli gerit, tandem rumpitur in varia loculamenta & valvulas, ejicitque *semina* acuminata, quæ affixa fuere lateribus pericarpii internis. *Quis diceret* LINUM *esse?*

94. NUMERUS naturalissimus (92) est, quod *Calyx* in tot segmenta, quot *Corolla* dividitur, quibus *Filamenta* respondent, singulo singulis *Antheris* instructo. *Pistilli* autem divisio cum *Pericarpii* loculis aut *Seminum* Receptaculis convenire solet.

Quinarius numerus in Fructificatione maxime frequens est; ut ex Pentandris, Syngenesistis aliisque patet.

Calyx & Corolla quinquefida in plurimis evadunt.

Exempla pro numero naturalissimo sint *Lysimachia*, *Linum*.

95. FIGURA naturalissima (93) est, quod *Calyx* minus patens contineat *Corollam* sensim dilatatam, *Staminibus* & *Pistillis* erectis, sensim adtenuatis instructam; hisce, excepto *Calyce*, decidentibus, *Pericarpium* intumescit & extenditur, *Seminibus* refertum.

Calyx Perianthium erectius est, ut fulciat corollam.

Corolla magis vel minus ad infundibuliformem sæpius accedit.

Staminum Filamenta, sursum plerumque adtenuata, subulata, erecta, parum apicibus reflexa.

Pistillorum Styli in plerisque erecti & anguſti, uti filamenta.

Pericarpium intumescere & accrescere vulgatissimum est.

96. PROPORTIO naturalissima (93) profert *Calycem Corolla* minorem, cum *Staminibus* & *Pistillis* longitudine æqualibus, si flos erectus est.

NUTANS flos gerit *Pistillum Staminibus* longius.

DECUMBENS *Stamina Pistillaque* ad latus inferius declinata.

ADSCENDENS vero *Stamina Pistillaque* sub latere superiore recondita.

Calyx

Calyx brevior, quum gemma fructificationis sit.
Corolla magna in plerisque floribus evadit.
Stamina & Pistilla, vix calycem exsuperant in multis.
Nutans flos ut facilius fœcundetur. §. 145.
Fritillaria, Campanula, Galanthus, Geranium.
hinc non ex proprio pondere.

Decumbens, in *Cassia, Diadelphia* omni.
Adscendens in Didynamia gymnosperma.
Pistillum ubi staminibus brevius, connivent Antheræ: *Saxifraga, Parnassia.*

97. SITUS naturalissimus (93) est, quod *Perianthium* involvat *Receptaculum*, cui *Corolla* alternatim adnascitur; huic autem interius respondent *Filamenta*, quorum apicibus *Antheræ* incumbunt. Centrum receptaculi occupat *Germen*, cujus apici *Stylus* insidet, summo *Stigma* gerens. His ce decidentibus Germen in *Pericarpium* excrescit, calyce sustentatum, includens *Semina* adnexa fructus receptaculo. Receptaculum Floris frequentius subnascitur, rarius circumnascitur, vel supernascitur.

Series Fructificationis hæc est, quod *Calyx* extra *Corollam*, intra Corollam vero *Stamina*, sed hæc extra *Pistilla* collocentur; Exceptio rarior. §. 111.

Receptaculum connectit Calycem, Corollam, & Stamina modis quatuor.

a. Receptaculum ad *basin germinis*; ut in Plerisque.
Pistillum abiens in fructum. *Tournef.*

b. Receptaculum ad *apicem germinis*; in multis.
Calyx abiens in fructum. *Tournef.*

c. Receptaculum *cingens germen* s. fructum; ut in *Saxifragiis* variis.

d. Receptaculum *ambiens germen* dilatatum sursum per Perianthium, ut in *Icosandriis, Ribe, Mitella* &c.

Perianthium & Corolla juxta se invicem approximata oriuntur, ita ut si corolla germini insideat vel subjiciatur, idem de Perianthio fiat. Exceptio rara. §. 100.

Hepati-

Hepaticæ perianthium ipſa baſi a Corolla remotum eſt, ergo vix perianthium erit, ſed involucrum, quod confirmat affinis *Pulſatilla*.

Germen ante fœcundationem parvum eſt, dein excreſcit in magnum.

Meſa ſingularis, cujus germina ante floreſcentiam maxima, non fœcundata ſæpius matureſcunt ſterilia, quamvis mole vix augeantur.

98. DIFFERENS Structura (92) Fructificationis ab iis partibus, quæ in diverſis ſæpe differunt plantis, deſumitur.

Hæc Fundamentum Generum eorumque Characterum erit.
Quo Claſſis magis Naturalis, eo minus manifeſta eſt hæc ſtructura.
Singularis omnis ſtructura eſt differens, ſed non vice verſa.

99. CALYX differt (98) quoad α Numerum, Compoſitionem, Partes, Lacinias. β. Figuram, Æqualitatem, Marginem, Apicem. γ. Proportionem. δ. Locum, Durationem.

Numerus: Nullus: *Tulipa, Fritillaria, Liliacei plurimi.*
Unicus: *Primula*, *Plerique* flores.
Geminus: *Malva, Hibiſcus, Bixa.*

Compoſitio: Imbricatus, ex ſquamis variis ſuperimpoſitis: *Hieracium, Sonchus, Camellia.*
Squarroſus ex ſquamis undique divaricatis patentiſſimis: *Carduus*, *Onopordum*, *Conyza.*
Auctus (*Calyculatus* Vaill.) ubi ſeries foliorum brevior diverſaque baſin calycis exterius cingit: *Corepſis*, *Bidens*, *Crepis*, *Dianthus.*
Multiflorus, communis multis floſculis: *Scabioſa, Syngeneſia.*

Partes: Monophyllus: *Datura*, *Primula.*
Diphyllus: *Papaver, Fumaria* (*etiam bulboſa*).
Triphyllus: *Tradeſcantia.*
Tetraphyllus: *Sagina, Epimedium, Tetradynamia.*
Pentaphyllus: *Ciſtus*, *Adonis*, *Cerbera.*
Hexaphyllus: *Berberis.*
Decaphyllus: *Hibiſcus.*

Laciniæ

Laciniæ præsertim in *Monophyllis* numeratæ.
Integer: *Genipa*
Bifidus: *Utricularia.*
Trifidus: *Alisma, Cliffortia.*
Quadrifidus: *Rhinanthus.*
Quinquefidus: *Nicotiana.*
Sexfidus: *Pavia.*
Octofidus: *Tormentilla.*
Decemfidus: *Potentilla, Fragaria.*
Duodecemfidus: *Lythrum.*

Æqual. Æqualis: *Lychnis.*
Inæqualis: *Helianthemum. Tournef.*
alternis brevioribus: *Tormentilla, Potentilla.*

Figura: Globosus: *Cucubalus.*
Clavatus: *Silene*
Reflexus: *Asclepias.*
Erectus: *Primula, Nicotiana.*

Margo: Integerrimus: *Plerisque.*
Serratus: *Hyperici* species.
Ciliatus: *Centaureæ* sp.

Apex: Acutus: *Primula, Androsace.*
Acuminatus: *Hyoscyamus.*
Obtulus: *Nymphæa, Garcinia.*
Unico denticulo truncato: *Verbena.*

Proportio: Corollâ longior: *Agrostema, Sagina, Antirrhini* sp.
Corollæ æqualis: *Cerastii* sp.
Corollâ brevior: *Silene.*

Locus: Floris: *Linnæa, Morina.*
Fructus: *Linnæa, Morina.*
Fructificationis: *Pæonia.*

Duratio: Caducus, ad primam explicationem Floris: *Papaver, Epimedium.*
Deciduus cum Corolla: *Tetradynamia, Berberis.*
Persistens ad maturitatem fructus: *Didynamia.*

INVOLUCRUM Monophyllum: *Bupleurum.*
Diphyllum: *Euphorbia.*
Triphyllum: *Butomus, Alisma.*
Tetraphyllum: *Cornus.*
Pentaphyllum: *Daucus.*
Hexaphyllum: *Hæmanthus.*

SPA-

SPATHA. Monophylla: *Narcissus.*
Diphylla: *Stratiotes.*
Imbricata: *Musa.*

100. COROLLA differens (98) est, quoad: α. Petala, Lacinias, Nectaria (110). β. Figuram, Æqualitatem, Marginem. γ. Proportionem, δ Locum, Durationem.

Petala: quorum numerus ex Systemate Rivini constat. §. 61.
Monopetala: *Convolvulus, Primula.*
Dipetala: *Circæa, Commelina.*
Tripetala: *Alisma, Sagittaria.*
Tetrapetala: *Tetradynamia.*
Pentapetala: *Umbellata.*
Hexapetala: *Tulipa, Lilium, Podophyllum.*
Enneapetala: *Thea, Magnolia, Liriodendron.*
Polypetala: *Nymphæa.*

Laciniæ: Polypetalis rariores; Monopetalis frequentes; priorum:
Duæ: *Alsine, Circæa.*
Tres: *Holosteum, Hypecoum.*
Quatuor: *Lychnis.*
Quinque: *Reseda.*

Nectaria. vide de his. §. 110.

Figura. Undulata: *Gloriosa.*
Plicata: *Convolvulus.*
Revoluta: *Asparagus, Medeola.*
Torta: *Nerium, Asclepias, Vinca & ord. nat. 29.*

Æqualit. Æqualis: *Primula.* Inæqualis: *Butomus.*
Regularis: *Aquilegia.* Irregularis: *Aconitum, Lamium.*

Margo: Crenata: *Linum.*
Serrata: *Tilia, Alisma.*
Ciliata: *Ruta, Menyanthes, Tropæolum.*
Denticulis interjectis: *Samolus, Sideroxylum, Asperifoliæ* Raj.
Hirsuta superficie: *Menyanthes, Hyperici Lasianthus.*

Proport. Longissima: *Catesbæa, Siphonanthus, Brunsfelsia, Craniolaria.*
Brevissima: *Sagina, Centunculus, Ribes.*

Locus: Corollæ basis approximatur Perianthio, modo adsit.
Rara Exempla, quod Corolla a Calyce remota, interjecto Germine, ut *Adoxa, Sanguisorba, Mirabilis.*

Dura.

Duratio: Perſiſtens (ad maturitatem fructus): *Nymphæa.*
Caduca (ad explicationem floris): *Actæa, Thalictrum.*
Decidua (cum Floris caſu): *Pleræque.*
Mareeſcens (contabeſcit, nec decidit): *Campanula, Orchis, Cucumis, Cucurbita, Bryonia & adſines.* ord. nat. 45.

101. STAMINUM *Filamenta* differunt (98) quoad α. Numerum, β. Figuram, γ. Proportionem, δ. Situm. *Antheræ* autem quoad α. Numerum, Loculamenta, Defectum, β. Figuram, Dehiſcentiam, γ. Connectionem, δ. Situm.

FILAMENTA. *Numerus* differt, ut in Syſtemate ſexuali.
Laciniæ: 2. *Salvia;* 3. *Fumaria;* 9. *Diadelphia.*
Figura: Capillaria: *Plantago.*
Plana: *Ornithogalum.*
Cuneiformia: *Thalictrum.*
Spiralia: *Hirtella.*
Subulata: *Tulipa.*
Emarginata: *Porrum.*
Reflexa: *Glorioſa.*
Hirſuta: *Tradeſcantia, Anthericum.*
Proportio: Inæqualia: *Daphne, Lychnis, Saxifraga.*
Irregularia: *Lonicera, Didynamia.*
Longiſſima: *Trichoſtema, Plantago, Hirtella.*
Breviſſima: *Triglochin.*
Situs: Calyci oppoſita: *Urtica.*
Calyci alterna: *Elæagnus.*
Corollæ inſerta in *Monopetalis*, vix in *Polypetalis*
Calyci inſerta interdum in *Apetalis*, uti in *Elæagno*, & ſemper in *Icoſandris* & *Oenothero* affinibusque *ord. nat.* 40
Receptaculo communiter inſeruntur, uti Calyx & Corolla.

ANTHERA *numero* Unica in ſingulo filamento: *Plerique.*
in filamentis tribus: *Cucurbita.*
in filamentis quinque: *Syngeneſia.*
Duæ in ſingulo filamento: *Mercurialis.*

Tres in singulo filamento: *Fumaria.*
Quinque in tribus filamentis: *Bryonia.*
in singulo filamento: *Theobroma.*

Loculo unico: *Mercurialis.*
gemino: *Helleborus.*
trino: *Orchis.*
quaterno: *Fritillaria.*

Defectu unius: *Chelone, Martynia.*
Duorum: *Pinguicula, Verbena.*
Trium: *Gratiola, Bignoniæ, Gerania.*
Quatuor: *Curcuma.*
Quinque: *Pentapetes, Gerania.*

Figura Oblonga: *Lilium.*
Globosa: *Mercurialis.*
Sagittata: *Crocus.*
Angulata: *Tulipa.*
Cornuta: *Hamamelis, Erica, Vaccinia, Pyrola.*

Dehiscentia Latere; *Plerique, Leucojum.*
Apice: *Galanthus, Kiggelaria.*
a Basi ad Apicem discedens: *Epimedium, Leontice.*

Connectione Apice: *Colchicum.*
Basi: *Plerique.*
Latere: *Canna.*
Nectario: *Costus.*

Situs in Filamentis apice: *Plerique.*
latere: *Paris, Asarum.*
Pistillo: *Aristolochia.*
Receptaculo: *Arum.*

POLLEN *figura:* globus echinatus: *Helianthus.*
perforatus: *Geranium.*
didymus: *Symphytum.*
rotatus dentatus: *Malva.*
angulatus: *Viola.*
reniformis: *Narcissus.*
Philyra convoluta: *Borrago.*

102. PISTILLA differunt (98) quoad α. Numerum, Lacinias, β. Figuram, γ. Longitudinem, Crassitiem, δ. Situm, trium scilicet partium.

Partes Tres pistilli: *Germen*, *Stylus*, *Stigma*.

Germen observat Leges Pericarpii, hinc videndum §. 103.

Stylus semper a Calyce & Corolla distinctus.

Numerus videndus in Systemate Sexuali, ubi Pistillorum Numerum a stylis (si adsint, alias a stigmatibus) desumsi.

Laciniæ: Bifidus: *Persicaria, Cornutia*.
Trifidus: *Clethra, Frankenia*. Dichotomus: *Cordia*.
Quadrifidus: *Rhamni*.
Quinquefidus: *Geranium*.

Figura: Cylindricus: *Monotropa*. Angulatus: *Canna*.
Subulatus: *Geranium*. Capillaris: *Ceratocarpus*.
Superne crassior: *Leucojum*.

Longitudo: Longissimus: *Tamarindus, Cassia, Campanula, Scorzonera, Zea*.
Brevissimus: *Papaver*.
Staminum longitudine: *Nicotiana, Plerique*.

Crassities: Staminibus crassior: *Leucojum*.
tenuior: *Ceratocarpus*.
æqualis: *Lamium*.

Situs: in apice Germinis: Plerique; hinc reticendus.
supra infraque Germen: *Capparis, Euphorbia*.
Nisi inferiorem partem pro Receptaculo elongato sumas.
ad latus Germinis: *Icosandria polygyna*, ejusque adfines: *ord. nat. 35. Hirtella, Suriana*.

Duratio: Persistens: *Tetradynamia*.

Stigma *numero* unicum; *Plerisque*.
Duo: *Syringa*.
Tria: *Campanula*.
Quatuor: *Epilobium, Parnassia*.
Quinque: *Pyrola*.

Laciniæ: convolutæ: *Crocus*.
capillares: *Rumex*.
revolutæ: *Syngenesia, Dianthus, Campanula*.
Flexa sinistrorsum: *Silene*.
Sexpartitum: *Asarum*.

Multifidum: *Turnera.*

Figura: Capitatum: *Tribulus, Hugonia, Vinca, Ipomœa, Cluſia.*

Globoſum: *Primula, Hottonia, Linnæa, Limoſella.*

Ovatum: *Genipa.*

Obtuſum: *Andromeda.*

Truncatum: *Maranta.*

Oblique depreſſum: *Actæa, Daphne.*

Emarginatum: *Melica.*

Orbiculatum: *Lythrum.*

Peltatum: *Sarracena, Nymphæa, Cluſia, Papaver.*

Coroniforme: *Pyrola.*

Cruciforme: *Penæa.*

Uncinatum: *Viola, Lantana.*

Canaliculatum: *Colchicum.*

Concavum: *Viola.*

Angulatum: *Muntingia.* Striatum: *Papaver.*

Plumoſum: *Rheum, Gramina, Triglochin, Tamarix.*

Pubeſcens: *Cucubalus, Lathyrus.*

Longitudo: Filiformis: *Zea.*

Longitudine ſtyli: *Genipa.*

Craſſities: Foliacea: *Iris.*

Duratio: Perſiſtens: *Sarracena, Hydrangea, Nymphæa, Papaver.*

Marceſcens communiter.

Stamina a ſtylo diſtinctiſſima ſunt in omni flore.

Canna Alpinia & quibusdam ord. nat. 3. exceptis, ubi cohærent ſtylo

Gynandriæ etiam cohærent, ſed aliter.

103. PERICARPIUM differt (98) quoad α. Numerum, Loculamenta, Valvulas, Diſſepimenta, β. Species, Figuram, Dehiſcentiam, γ. Incluſionem, δ. Situm.

Numerus externe dividit fructum in plures partes, non vero interne.

nullum Pericarpium: *Gymnoſpermum.* Herm. *Semina nuda:* Riv. *Thymus.*

Unicapſularis: *Lychnis.*

Bicapſularis: *Pæonia, Aſclepias.* Tri-

Tricapsularis: *Veratrum*, *Delphinium*.
Quadricapsularis: *Rhodiola*.
Quinquecapsularis: *Aquilegia*.
Multicapsularis: *Caltha*, *Trollius Hellebori*.

Loculamenta interne dividunt fructum, non externe.
Unilocularis: *Trientalis*, *Primula*.
Bilocularis: *Hyoscyamus*, *Sinapis*, *Nicotiana*.
Trilocularis: *Lilium*.
Quadrilocularis: *Euonymus*.
Quinquelocularis: *Pyrola*.
Sexlocularis: *Asarum*, *Aristolochia*.
Octolocularis: *Radiola Lini*.
Decemlocularis: *Linum*.
Multilocularis: *Nymphæa*.

Valvulæ externos parietes respiciunt, uti *Dissepimentum* loculamenta.
Bivalvis: *Chelidonium*, *Brassica*.
Trivalvis: *Viola*, *Polemonium*, *Helianthemum*.
Quadrivalvis: *Ludwigia*, *Oenothera*.
Quinquevalvis: *Hottonia*.

Dissepimentum parallelum: *Lunaria*, *Draba*.
contrarium: *Biscutella*, *Thlaspi*.

Species, vide §. 86. n. 5.

Figura Turbinata:
Inflata: *Cardiospermum*, *Staphylæa*.
Membranacea: *Ulmus*.
Triquetra, Tetragona, Pentagona: *Averrhoa*, *Zygophyllum*.
Articulata: *Ornithopus*, *Hedysarum*, *Raphanus*.

Dehiscentia, quum fructus maturus semina dispergat.
Apice Quadridentato: *Dianthus*.
Quinquedentato: *Alsine*.
Decemdentato: *Cerastium*.
Basi Trifariam: *Triglochin*, *Campanula*.
Quinquefariam: *Ledum*.
Angulis longitudinaliter: *Oxalis*, *Orchis*.
Poro: *Campanula*.
Horizontaliter: *Anagallis*, *Plantago*, *Amaranthus*, *Portulaca*, *Hyoscyamus*.
Articulatus omnis fructus dehiscit secundum articulos monospermos: *Hypecoum*, *Hedysarum*, *Ornithopus*, *Scorpiurus*, *Raphanus*.

Inclusio, Elastice: *Oxalis, Elaterium, Momordica, Impatiens, Cardamine, Phyllanthus, Euphorbia, Justicia, Ruellia, Dictamnus, Hura, Ricinus, Tragia, Jatropha, Croton, Clusia, Acalypha.*

Situs ad receptaculum floris, idque vel
infra: *Vaccinium, Epilobium.*
supra: *Arbutus, Tulipa.*
supra infraque: *Saxifraga, Lobelia.*

104. SEMINA differre observantur quoad α. Numerum, Loculamenta; β. Figuram, Substantiam, Coronulam, Arillum; γ. Magnitudinem; δ. Corculum; ε. Receptaculum.

Numerus ex Systemate Rivini desumendus.
Monosperma: *Polygonum, Collinsonia.*
Disperma: *Umbellatæ, Stellata.*
Trisperma: *Euphorbia.*
Tetrasperma: *Asperifoliæ, Verticillatæ.*

Loculamentum plerisque unicum.
Biloculare: *Cornus, Xanthium, Locusta, Valeriana, Cordia.*

Figura: Cinctum: *Arenaria, Bryonia.*
Cordiforme, Reniforme, Ovatum.
Echinatum: *Lappula Myosotidis.*

Substantia Ossea: *Nuces, Corylus, Lithospermum.*
Callosa: *Citrus.*

Coronula, Calyculus ex perianthio floris: *Scabiosa, Knautia, Ageratum, Arctotis.*
Pappus Capillaris (simplex filiformis): *Hieracium, Sonchus.*
Plumosus (villosus compositus): *Crepis, Scorzonera, Tragopogon.*
Paleaceus: *Bidens, Silphium, Tagetes, Coreopsis.*
Nullus (Nudum semen): *Tanacetum.*

Arillus quibusdam Calyptra dictus: *Coffea, Jasminum, Cynoglossum, Cucumis, Dictamnus, Diosma, Celastrus, Euonymus.*

Magnitudo minima: *Campanula, Lobelia, Trachelium, Ammannia.*
maxima: *Cocos.*

Situs, Nidulantia; per pulpam sparsa: *Nymphæa.*
Suturæ adnexa: *Siliquosæ.*

Colu-

Columnellæ adfixa: *Malva.*
Receptaculis insidentia: *Nicotiana, Datura.*
Receptaculum compositorum præcipue investigandum.
Figura planum: *Achillea.*
convexum: *Matricaria.*
conicum: *Anthemis, Melampodium.*
Superficie nuda: *Matricaria.*
punctata: *Tragopogon.*
villosa: *Andryala.*
setosa: *Centaurea.*
Paleacea: *Hypochœris, Anthemis.*
Simplicium receptacula fructus singularia in *Magnolia, Uvaria, Michelia.*
HILUM evidentissimum in *Cardiospermo, Staphylæa.*
Hilo proximum est *Corculum.*
Sedes corculi est vel in apice vel basi seminis. *Cæsalpin.*
Plantula gignitur, vel qua parte Pedunculus adhæret, vel prorsus contra. Quæ gignitur qua parte Pedunculus adhæret, exporrigit ad Pedunculum radices, folia autem ad apicem. Quæ vero gignitur in apice, folia extendit pedunculum versus, radices autem ad apicem. *Joseph. ab Aromatariis, de Seminibus 4. 5 6.*

105. SINGULARIS (92) Fructificatio ab ea structura, quæ in pauciſſimis generibus obſervatur, desumitur.

Opponitur Structuræ Naturali. §. 93.
Exempla: *Aro* stamina intra Pistilla.
Adoxæ Germen intra calycem & corollam.
Salviæ Filamenta articulata.
Eriocaulo Stamina Germini insidentia, Corolla & Calyx Germini subjecta.
Magnoliæ Receptaculum fructus capitatum, feminibus baccatis in filo pendulis e capsula.

106. CALYX *Corolla* minus coloratus esse solet.

Perianthium hic primario intelligitur; secundario Involucrum & Spatha.
Ratio patet ex materia Calycis, ex cortice plantæ nata.
Exempla rariora contrarium indicantia.
Bartsia americana: Perianthium sanguineum.

Cornus herbacea: Involucrum niveum; Petala nigra.
americana: Involucrum rubrum cordatum.
Aſtrantia: Involucrum coloratum.
Palmæ: Spathæ ſanguineæ.

Ubi Corolla deeſt, Perianthium communiter magis coloratum eſſe ſolet, præſertim tempore floreſcentiæ, ut in *Ornithogalo*, *Perſicaria*, *Polygono*.

Calyx aut Corolla minus colorata ubi obſervantur, ibi folia ſæpe colorem induunt, ut in *Amarantho tricolore*.

107. RECEPTACULUM Floris (86.) *Perianthium* interne cingit in Icoſandriis aliisque, adnaſcitur undique in Cucurbitaceis (77:45).

Receptaculi conſideratio magni momenti res in methodo naturali eſt.

Pleræque Plantæ Receptaculum floris ſ. Stamina & Petala fundo floris inſerunt.

Icoſandræ (Ord. nat. 45. 46 47. 48.) Calycem monophyllum habent, quem interne undique cingit linea, cui ſtamina & petala adnectuntur.

Calyces ejusmodi floriferos etiam *in aliis* obſervamus; *Lythrum*, *Epilobium*, *Oenothera*, *Ammannia*, *Iſnarda*, *Peplis*, *Elæagnus*.

Cucurbitaceæ (Ord. Nat. 45). Receptaculum in his interne obveſtit undique Perianthium, cui Corolla quaſi adglutinatur. Idem in *Cactis* obtinet.

Receptaculum elevans Pericarpia: *Paſſiflora*, *Capparis*, *Breynia*, *Arum*, *Calla*, *Dracontium*, *Pothos*, *Zoſtera*, *Nepenthes*, *Clutia*, *Heliéteres*, *Siſyrinchium*.

108. FILAMENTA Staminum a Corolla Polypetala diſtincta, Corollæ vero Monopetalæ inſerta ſunt: exceptis antheris bicornibus

Vaillantius hoc obſervavit in Monopetalis.

Pontedera ex diſſectione 2000 ſpecierum didicit Flores monopetalos gerere ſtamina corollæ inſerta, at Polypetalos receptaculo floris.

Tournefortius Malvaceos (Ord. Nat. 44) vere pentapetalos, uti ex baſi corollæ conſtat, inter monopetalos refert.

Rivinus tot numerat Petala, in quot ſponte ſua reſolvitur flos deciduus.

Mono-

Monopetali Flores ſtamina Petalo inſerunt:
Sic *Trientalis* monopetalus eſt.
Oxalis vix baſi petalorum cohærens, monopetala evadit.
Polypetali ſtamina a petalis diſtincta gerunt.
Exceptio tamen admittitur rarius:
Statice pentapetala filamenta unguibus petalorum inſerta habet.
Melanthium hexapetalum filamenta gerit petalis inſerta.
Lychnides (ord. nat. 42.) alterna ſtamina unguibus petalorum ſæpius adnectunt.
Monopetalos flores dari ſtaminibus a corolla ſeparatis in Bicornibus (Ord. nat 24.) *Erica*, *Andromeda*, *Arbutus*, *Ledum*, *Azalea* &c. uti & *Ciſſus*, *Aloë*.

109. ANTHERÆ apici filamentorum communiter inſident.
Exceptio rarior, ubi Antheræ lateri filamenti adglutinantur:
Paris, *Aſarum*
Antheræ ſtigmati adhærent absque filamentis, in *Ariſtolochia*.

110. NECTARIUM, ſi a Petalis diſtinctum, communiter ludit.
Humor melleus ſecernitur in pleriſque floribus.
Monopetalorum tubus plerumque mel continet.
Pontedera ſtatuit hunc liquorum eſſe colliquamentum ſ. Amnii liquorem, qui intrabat ſemina fœcunda, ſed datur etiam mel
in floribus Maſculis: *Urtica*, *Salix*.
in fœmineis tantum: *Phyllanthus*, *Tamus*.
in utroque Sexu: *Ruſco*, *Clutia*, *Kiggelaria*.
Vaillantius Nectarium eſſentiale Corollæ eſſe ſtatuit;
ſic Nigellæ, Aquilegiæ, Nectaria dixit petala eſſe.
Petala vero pro calyce habuit.
Diſtincta eſſe Nectaria a Corolla conſtat exemplis:
Aconitum, *Aquilegia*; *Helleborus*, *Iſopyrum*; *Nigella*, *Garidella*; *Epimedium*, *Parnaſſia*, *Theobroma*; *Cherleria*, *Sauvageſia*.
Calcariata Monopetala: *Antirrhinum*, *Valeriana*, *Pinguicula*, *Utricularia*.
Polypetala: *Orchis*, *Delphinium*, *Viola*, *Impatiens*, *Fumaria*.

Corollæ petalis interne: *Fritillaria, Lilium, Swertia, Iris, Hermannia, Uvularia, Hydrophyllum, Myosurus, Ranunculus, Bromelia, Erythronium, Berberis, Vallisneria.*

Coronantia Corollam; *Passiflora, Narcissus, Pancratium, Olax, Lychnis, Silene, Coronaria, Stapelia, Asclepias, Cynanchum, Nepenthes, Cherleria, Clusia, Hamamelis, Diosma.*

Singulari modo constructa: *Reseda, Cardiospermum, Anonum, Costus, Curcuma, Grewia, Urtica, Andrachne, Epidendrum, Helleberes, Salix.*

Calycina: *Tropæolum, Monotropa, Biscutella, Malpighia.*

Staminea Antheris: *Adenanthera.*

Filamentis: *Laurus, Dictamnus, Zygophyllum, Commelina, Mirabilis, Plumbago, Campanula, Roëlla.*

Pistillacea Germinis: *Hyacinthus, Iris, Butomus, Cheiranthus, Hesperis &c.*

Receptaculacea: *Lathræa, Helxine, Collinsonia, Sedum, Cotyledon, Sempervivum &c. Mercurialis, Kiggelaria, Clutia, Phyllanthus, Melianthus, Dioſma.*

111. PISTILLUM intra Antheras communiter collocatur.

Arum singulare est, ubi elongato receptaculo in clavam, Pistilla basin occupant, stamina vero superiorem partem; adeoque Pistilla extra stamina & circum stamina collocantur.

Calla æthiopica eodem modo se habet.

Rumex singularis est insertione staminum.

112. STYLUS apici Germinis communiter insidet; exceptis paucis.

Jungius 39 Stylus semper apici fructus seminisque cohæret.

Dillenius, respons. 6. Nullum dari stylum, qui non e medio floris, ex medio embryone, qui medium floris occupat, oriatur, cuique Tyroni notissimum.

Excipiuntur varii flores:

1. *Icosandræ polygynæ* (Ord. Nat. 35.) *Rosa, Rubus, Fragaria, Potentilla, Tormentilla, Dryas, Geum, Comarum, Sibbaldia, Agrimonia, Alchemilla, Aphanes.*

2. *Suria-*

2. *Seriana, Hirtella.*
3. *Paſſerina, Gnidia, Struthea, Stelleria.*

113. PERICARPIUM naturaliter clauditur nec repletur minoribus Pericarpiis, ſed ſæpius ſucculentum tranſit in BACCAM.

Clauditur in plerisque exacte.

Reſeda & *Dativa* tamen ſemper hiant.

Parnaſſia ſub floreſcentia hiat, dein clauditur.

Fœtum dari Pericarpium naturaliter minoribus pericarpiis mihi non conſtat; ubi autem Pericarpia quaſi latent intra aliud, tum exterius Receptaculum commune eſt: ut in *Magnolia, Uvaria, Michelia.*

Bacca eſt ſucculentus fructus proprie ex Pericarpio facta, improprie ex parte qualibet. Finis Baccæ, ut ſemina ab animalibus ferantur: e. gr. *Viſcum.*

Singulares & impropriæ Baccæ ſunt ſequentes; ubi fit

Calyx: *Blitum, Morus, Baſella, Ephedra, Coix, Roſa, Coriaria.*

Receptaculum: *Taxus, Rhizophora, Anacardium, Ochna, Laurus, Ficus, Dorſtenia, Fragaria.*

Semen: *Rubus, Magnolia, Uvaria, Michelia, Praſium, Uvularia, Panax, Adonis, Crambe, Oſteoſpermum.*

Arillus: *Euonymus* (*Celaſtrus* hoc docuit).

Nectarium: *Mirabilis.*

Corolla: *Poterium, Adoxa, Coriaria.*

Capſula: *Euonymus, Androſæmum T. Cucubalus, Epidendrum.*

Sicca Bacca: *Linnæa, Galium &c. Tetragonia, Myrica, Trientalis, Tropæolum, Xanthium, Juglans, Ptelea, Ulmus, Comarum, Amygdalus, Mirabilis.*

Capſula externe; *Dillenia, Cluſia, Nymphæa, Capparis, Breynia, Moriſona, Stratiotes, Cyclamen, Strychnus.*

Cava: *Staphylæa, Cardioſpermum, Capſicum.*

Conceptaculum: *Actæa.*

Legumen: *Hymenæa, Caſſia, Inga* Pl. *Ceratonia.*

Strobilus: *Anona, Juniperus.*

Bacca naturaliter non dehiſcit, quia mollis, & alius finis.

Baccæ aggregatæ manifeſtiſſimæ in *Adonide capenſi.*

114. COMPLETI Flores ſunt Simplices aut Aggregati.

Diviſio Florum *Vaillantii* hæc erat:

Completus Flos gaudet Perianthio & Corolla.

Incom-

Incompletus caret Perianthio aut Corolla.

Apetalus flos caret corolla, non Perianthio.

Nudus flos caret calyce, non corolla.

Dicitur magis apte nudus, ubi & Corolla & Calyce caret, quod tamen rariſſimum eſt.

Primaria & maxime naturalis plantarum diviſio ex Cotyledonibus deſumta fuit, in Monocotyledones & Polycotyledones; ubi diviſio inter ſimplices & proprie compoſitos flores ſit, præſupponitur plantam eſſe polycotyledonem.

115. SIMPLEX Flos, cum pluribus floribus nulla pars fructificationis communis eſt.

Simplex flos intra Perianthium aut Corollam unicam Thalamum conſtituit.

Fructus compoſitus ſ. multicapſularis nequit florem compoſitum conſtituere.

116. AGGREGATUS Flos, cum floſculis pluribus aliqua pars fructificationis communis eſt; diciturque Aggregatus proprie vel *Compoſitus* vel *Umbellatus*, vel *Cymoſus*.

Aggregatus fit flos, cum plures floſculi mediante aliqua parte fructificationis omnibus communi ita uniuntur, ut alter floſculus demtus deſtruat formam totius, cujus pars eſt.

Commune in his eſt, *Receptaculum* aut *Calyx*.

Floſculus dicitur flos partialis floris aggregati.

Modi florum aggregatorum ſeptem primarii ſunt.

1. *Umbellatus* flos habet Receptaculum diviſum in pedunculos, omnibus eodem centro exeuntibus.
2. *Cymoſus* flos habet Receptaculum, diviſum in pedunculos, ex eodem centro univerſali enatos, pedicellis vero vage prodeuntibus.
3. *Compoſitus* flos habet Receptaculum dilatatum integrum, floſculis ſeſſilibus.
4. *Aggregatus* flos (proprie dictus) habet Receptaculum dilatatum, floſculis inſidentibus pedunculis: E. gr.
   Scabioſa, *Knautia*, *Dipſacus*, *Cephalanthus*, *Globularia*, *Leucadendron*, *Protea*, *Brunia*, *Barreria*, *Statice T.*
5. *Amentaceus* aggregatus flos habet Receptaculum filiforme diſtinctum ſquamis amentaceis:

Xan-

Xanthium, *Ambrosia*, *Parthenium*, *Iva*.
Alnus, *Betula*.
Salix, *Populus*.
Corylus, *Carpinus*.
Juglans, *Fagus*, *Quercus*, *Liquidambar*.
Cynomorion.
Ficus, *Dorstenia*, *Parietaria*, *Urtica*,
Pinus, *Abies*, *Cupressus*, *Thuja*.
Juniperus, *Taxus*, *Ephedra*.

6. *Glumosus* aggregatus flos habet receptaculum filiforme, cujus basis instruitur gluma communi
Bromus, *Festuca*, *Arena*, *Arundo*, *Briza*, *Poa*, *Aira*, *Uniola*, *Cynosurus*, *Melica*, *Elymus*, *Lolium*, *Triticum*, *Secale*, *Hordeum*, *Scirpus*, *Cyperus*, *Carex*.

7. *Spadiceus* aggregatus flos est, ubi receptaculum intra spatham, pluribus flosculis communem.
Spadix subdivisus est in *Palmis*.
Simplex tectus undique flosculis: *Calla*, *Dracontium*, *Pothos*.
inferne: *Arum*.
altero latere: *Zostera*.

117. COMPOSITUS Flos est aggregatus (116) continens flosculos plures sessiles, Receptaculo communi integro, & Perianthio contentos, sed antheris in cylindrum connatis instructos.

Proprietates floris compositi sunt:
a. Receptaculum commune ampliatum indivisum.
b. Perianthium commune flosculos omnes cingens.
c. Antheræ 5 in cylindrum connatæ.
d. Flosculi sessiles monopetali.
e. Germen monospermum proprium sub singulo flosculo.

Essentiale compositis est, habere antheras connatas in cylindrum, & semen unicum sub singulo flosculo.

Observa dari compositos flores, cujus calyx unico flosculo instruitur, e. gr. *Echinops*, *Stæbe*, *Corymbium*, *Artemisia unica*.

Triplices numerantur vulgo flores compositi.
a. LIGULATI (Semiflosculosi *Tourn.*) cum corollulæ flosculorum omnes planæ, versus exterius latus expansæ sunt.
b. TUBULOSI (Flosculosi *Tourn.*) cum corollulæ flosculorum omnes tubulosæ subæquales sunt.

c. RADIA-

c. RADIATÆ, cum Corollulæ disci tubulosæ, in ambitu vero flosculi difformes sunt:

vel in ambitu flosculis ligulatis (*Radiati Tournef.*)

vel in ambitu flosculis tubulosis: *Centaurea.*

vel in ambitu flosculis subnudis: *Artemisia, Gnaphalium.*

Constat compositus Flos sæpius flosculis pluribus, rarius numero determinatis.

Ligulatus flosculis 5. *Prenanthes.*

Tubulosus flosculis 20. *Eupatorium scrophulariæ folio.*

15. *Eupatorium perfoliatum.*

5. *Eupatorium digitatum.*
Eupatorium Zeylanicum.
Eupatorium secund. Hort. Upſ.
Eupatorium quart. Hort. Upſ.

4. *Eupatorium volubile.*

Radiatus flosculis radii multis: *Pleræque.*

20. *Arctotis.*

12. *Rudbeckia.*

10. *Tetragonotheca, Osteospermum.*

8. *Coreopsis, Othonna.*

5. *Achillæa, Eriocephalus, Micropus, Seriphium, Sigesbeckia, Acmella, Melampodium, Chrysogonum, Tagetes.*

3. *Sigesbeckia.*

1. *Milleria*, flosculis disci 3.

118. UMBELLATUS Flos (116) est aggregatus ex flosculis pluribus insidentibus receptaculo in pedunculos fastigiatos, omnes ex eodem puncto productos.

CYMA (116) vero flos est aggregatus ex flosculis pluribus insidentibus receptaculo in pedunculos fastigiatos, primores ex eodem puncto productos, posteriores autem sparsos.

UMBELLA est, ubi Pedunculi omnes ex eodem centro ambitu æquali exeunt.

SIMPLEX umbella, ubi receptaculum sic semel dividitur in pedunculos: *Cornus, Spiræa species.*

COMPO-

COMPOSITA umbella, ubi omnes pedunculi communes ſubdividuntur in umbellulas.

UMBELLULA itaque partialis umbella eſt.

Proprietates umbellatorum florum proprie ſic dictorum ſunt:

a. *Receptaculum* commune divitum in pedunculos e centro ſ. puncto eodem ortos, ambitu æquales, ſive inde umbella *plana* ſ. *convexa* ſ. *concava* evadat.

b. *Germen* ſub corollula.

c. *Stamina* 5 diſtincta, decidua.

d. *Piſtillum* bifidum.

e. *Semina* duo, connexa ſummitate.

Conſtat involucro, umbella, Radio diverſis.

Involucrum univerſale 4phyllum: *Hydrocotyle, Siſon, Cuminum.*
5phyllum: *Bupleurum, Scandix, Bubon.*
7phyllum: *Liguſticum.*
10phyllum: *Artedia.*
partiale dimidiatum: *Ethuſa, Coriandrum, Sanicula.*
caducum: *Ferula, Heracleum.*

Umbella diſco *maſculo: Aſtrantia, Caucalis, Artedia, Oenanthe, Scandix.*
radiata, petalis marginalibus majoribus: *Tordylium, Caucalis, Coriandrum, Ammi, Heraclii ſpecies.*

CYMA, uti umbella, omnes pedunculos primarios, ex eodem centro educit, partiales vero vagos ſpargit: *Opulus, Cornus virga ſanguinea* dicta, *Ophiorrhiza.*

Receptaculum ſic productum eſſe docet Involucrum; demonſtrat *Cornus* umbellata, cujus ſpecies *Virga ſanguinea*, quæ uti *Tinus* aut *Viburnum* pedunculis ramificatur.

119. LUXURIANS Flos Tegmenta fructificationis ita multiplicat, ut eſſentiales ejusdem partes deſtruantur; eſtque vel *Multiplicatus*, vel *Plenus*, vel *Proliſer*. *Muſilus* autem dicitur is flos, qui Corollam excludit.

Tegmentum floris eſt Perianthium & Corolla.

Fit luxurians, dum aliæ partes numero augentur, ut aliæ excludantur.

Oritur luxurians flos plerumque ab alimento luxuriante.

MUTILUS flos nobis eſt, qui corollam non promit, quamquam eandem promere deberet; hoc autem plerumque fit a defectu ſufficientis caloris.

Ipomoea

Ipomoea. Fl. Zeyl. 79.
Campanula pentagonia. Hort. upſ. n. 3.
Ruellia. Hort. upſ. 179.
Violæ variæ. (Diſſ. ſem. Muſcor.)
Tuſſilago Anandria.
Cucubalus Fl. ſuec. 363. lapp. 181.

120. MULTIPLICATUS (119) Flos de *Corolla* multiplicata, ſalvis quibusdam Staminibus communiter prædicatur, eſtque Duplicatus vel Triplicatus. *Perianthium* & *Involucrum* raro; *Stamina* vix unquam multiplicatum conſtituunt florem.

Diſtinguo Multiplicatum florem a pleno, quod in *Pleno* Corolla ita multiplicata eſt, ut ſtaminibus vix ullus locus. *Multiplicatus* vero prædicatur de ſerie duplici, triplici aut quadruplici corollæ auctiore.

DUPLICATUS flos adeoque primus & minimus gradus plenitudinis eſt.

TRIPLICATUS corollâ triplo auctior evadit.
Campanula fol. urticæ, flore duplici & triplici. Tournef.
Stramonium flore altero alteri innato. Vaill.
Stramonium flore violaceo duplici triplicive. Tournef.

Monopetali ſæpius multiplicantur; rarius pleni evadunt.
Polypetali non raro multiplicantur; e. gr. *Hepatica, Anemone.*
Perianthium raro multiplicatum florem conſtituit.

Dianthus Caryophyllus ſpicam frumenti referens. E. N. C. cent. 1. p. 368. t 9. in hoc ſquamæ calycinæ augentur in infinitum, ut conſtituant integram ſpicam modo ſingulari. vid. *Hort. cliff. 164.*
Gramina alpina plena evadunt, dum glumæ in folia excreſcunt: *Feſtuca ſpiculis viviparis* Fl. ſuec. 94.
Salix roſea, ubi, deſtructis ſtaminibus aut piſtillis ab inſectis, amenti ſquamæ in folia enaſcuntur.
Plantago roſea, cum bracteæ ſpicæ excreſcunt in folia.

Caveas ne Perianthium coloratum pro multiplicato ſumas, licet ſit gradus monſtroſitatis. e. gr.
Primula prolifera odorata. Tournef.
Primula prolifera, flore majore. Tournef.
Primula prolifera, flore purpureo. Tournef.

121. PLE-

121. PLENUS (119) Flos, cum Corolla adeo multiplicatur, ut Stamina omnia excludantur.

Fit dum Stamina excrescunt in Petala, hæc replent flores, & sæpius suffocant pistillum, præsertim dum omnia stamina exclusa sunt.

Polypetali sæpius fiunt pleni:

Malus, Pyrus, Persica, Cerasus, Amygdalus, Myrtus, Rosa, Fragaria.

Ranunculus, Caltha, Hepatica, Anemone, Aquilegia, Nigella. Papaver, Pæonia; Dianthus, Silene, Lychnis, Coronaria. Lilium, Fritillaria, Tulipa, Narcissus, Colchicum, Crocus. Cheiranthus, Hesperis; Malva, Alcea, Hibiscus.

Monopetali rarius implentur:

Primula, Hyacinthus, Datura, Polianthus.

Steriles esse plenos, & ratio §. 150.

Genera non constituere plenos §. 184. 185.

Anthophilorum & Hortulanorum deliciæ sunt flores Pleni.

122. Multi plantarum ordines naturales flores luxuriantes exhibere nequeunt.

Ejusmodi sunt præprimis sequentes:

Apetalæ (ord. nat. 48. 53.)

Verticillatæ (ord. nat. 58.)

Personatæ Tournef. (ord. nat. 59.) excepto *Antirrhino.*

Asperifoliæ Raj. (ord. nat. 43.)

Stellatæ Raj. (ord. nat. 44.)

Umbellatæ Raj. (ord. nat. 22.). excepta umbella prolifera.

Papilionaceæ (ord. nat. 55.) raro plenos flores producunt; ut

Ternatea flore pleno cæruleo. T.

Coronilla herbacea fl. vario pleno. T.

Anthyllis vulgaris flore pleno, Nobis visa.

Spartium.

123. PROLIFER (119) Flos fit, cum intra florem (sæpius plenum) alii flores enascuntur. Prolifer autem *Frondosus* dicitur, cum proliferi proles foliosus fit.

Prolifer flos, ubi ex uno flore alius enascitur.

Proliferi flores fiunt ex caussa plenitudinis aucta.

Proliferi (non Compositorum florum) fiunt e Pistillo, adeoque e centro floris pleni enascuntur Proles.

Frondosus prolifer rarissimus est, visus in *Rosa*, *Anemone* &c.
Prolifer autem prole florifero frequens est.

Ranunculus radice tuberosa, flore pleno & prolifero. CB.
Ranunculus, asphodeli radice, prolifer miniatus. CB.
Anemone latifolia, pavo dicta major, prolifera. CB.

124 PROLIFICATIO (123) florum *Simplicium* (115) e Pistillo; *Aggregatorum* (116) vero e Receptaculo fit.

Prolificatio fit duplici modo, vel

a. Prolificatio e centro, s. ex Pistillo enato in prolem, uno pedunculo peragitur, fitque in floribus non compositis.

Dianthus: Caryophyllus altilis major, flore pleno prolifero. Fl. March.
Ranunculus radice tuberosa, fl. pleno & prolifero, Tournef.
tuberosus anglicus polyanthos. Vaill.
Anemone latifolia pavo dicta, prolifera. Tournef.
pavota latifolia multiplex. Valent.
Geum flore uno alteri innato. Tournef.
flore triplici, secundo primi, tertio secundi calyci innato. Tournef.
Rosa rubra prolifera.

b. Prolificatio e latere, ex calyce communi proles plurimos pedunculatos emittens, fit in compositis Aggregatis proprie dictis.

Bellis hortensis prolifera. C.B.
Calendula prolifera. C.B.
Hieracium falcatum proliferum, C.B. prodr. 64.
Scabiosa, foliis gingidii, prolifera.

Umbellati dum prolificantur, augent umbellulam, ut ex umbellula simplici altera exeat.

Cornus: Pericly menum humile, flore flori innato. Act. haffn. IV. p. 346.

Supradecomposita umbella fit similiter ex Composita.

Selinum: Thysselinum palustre lactescens, non raro.

125. IMPLETIO florum simplicium vel Petalis vel Nectariis peragitur.

Alia est plenitudo florum Simplicium, Compositorum alia.

Aquile-

Aquilegia triplici modo impletur:

a. Petalis multiplicatis; Nectariis exclusis.
Aquilegia flore roseo. C. B.

b. Nectariis multiplicatis; Petalis exclusis.
Aquilegia flore multiplici. C. B.

c. Nectariis multiplicatis, Petalis permanentibus ♀, ita ut petala quinque persistant, his interjecta sunt Nectaria ubique tria, quæ se invicem deglutiunt.

Nigella flore pleno: Cui
Petala ♀ inferiora ovata integra; reliqua implentia multifida triloba plana; ergo hæc a nectariis multiplicatis orta.

Narcissus vel ex Petalis & Nectario multiplicatis impletur.
vel Nectario pleno, petalis non multiplicatis.

Delphinium impletur plerumque Petalis planis, nectario excluso.

Singularis est metamorphosis *Saponariæ* anglicanæ, quæ fit, ex Pentapetala, vere Monopetala.

Maxime Singularis *Peloria.*

126. Multiplicantur (120) sæpius Flores in Corolla Polypetala; Duplicantur autem frequentius in Monopetala. Flores tamen Monopetalos esse simulque Plenos, contradictorium non est.

Kramer 6. Monopetalos flores & simul plenos esse contradictiones statuit; sed negant *Colchicum, Crocus, Hyacinthus, Polianthes.*

Flores monopetali per lacinias Limbi; Polypetali per Petala implentur.

Opulus flore globoso. C. B. rarissimum plenitudinis exemplum suppeditat; Opulus vulgaris enim gaudet Cyma, quæ constat flosculis hermaphroditis numerosis campanulatis in disco; in ambitu vero s. radio floribus sterilibus ex corolla plana rotata; in Opulo flore globoso omnes flores disci evadunt similes radii, scilicet corollis rotatis magnis sterilibus, adeoque more compositorum florum impletur Opulus sola magnitudine sterilitante. Hinc etiam *Cymæ* natura proxime accedit ad *Umbellam*, quod & *Cornus mas* umbellata collata cum *Corno femina* s. *Ossea* indicat.

127. COMPOSITI (117) flores implentur (121) vel Petalis tubulatis vel planis.

Compositi Syngenesiæ flores intelliguntur ex dictis.

Constant hi vel corollulis fistulosis (Flosculosis T.)
vel corollulis ligulatis (Semiflosculosis T.)

vel corollulis fistulosis disci, ligulatis ambitus (Radiati T.)

Impletio, hisce intellectis, fit in compositis, duplici modo.

a. Pleni per Radium in Radiatis, dum Radius multiplicatus expellit discum floris:

Helianthus, Calendula, Chrysanthemum.
Anthemis, Matricaria, Ptarmica, Tagetes.
Matricaria flore pleno. CB.
Centaureæ Cyanus.

b. Pleni per discum, cum radius non multiplicatus, sed corollulæ disci elongantur & ore minus dividuntur; quibusdam radius planus etiam fit fistulosus.

Matricaria foliis florum fistulosis. H. A. P.
Bellis hort. rubr. flore multiplici fistuloso. T.
Tagetes max. rect. flore multiplicato. Herm. lugdb.
flore fistuloso duplicato. Herm lugdb.
Serratulæ Carduus in avena sit plena corollulis elongatis & majoribus.

128. Flores simplicium (115) Pleni (121) differunt a compositis naturalibus (118), quod pleni illi Pistillum commune in centro floris: compositi vero stamina & pistilla propria obtineant.

Canon inservit Tyroni; sit e. gr.

Compositus Flos naturalis e semifloseulis. *Hieracium.*
Simplex Flos impletus polypetalus. *Lychnis.*
tum *Hieracio* petalis propria stamina & pistilla,
at *Lychnidi*, Pistilli communis rudimentum adsit.
Compositus ergo fructus, stamina & pistilla singulo petalo propria, simplicium vero plenis Floribus Pistillum & fructus communia.
Nymphæa itaque *lutea* flore non est composito, nec pleno.

129. Flores compositi petalis planis pleni differunt a suis non plenis, quod stigmata in his elongentur & germina aucta divergant.

Canon distinguit Semifloseulosos T. plenos a non plenis ligulatis.
Scorzonera latifolia sinuata, floribus plenis. C.B. T.
Lapsana vulgaris, floribus plenis. Upsaliæ frequens.

Trago-

Tragopogon vulgare, flore pleno. 1733 Upſaliæ viſus.
Germina cylindrica, 12:ies calyce longiora, divergentia.
Pappus ſeminum duplo major, quam in naturali.
Petala & Stamina & Stylus ut in vulgari.
Stigmata 2, filiformia, longitudine petali, longiſſima, non revoluta, ſed varie inflexa.

130. Flores compoſiti pleni e petalis planis (127) differunt a compoſitis naturalibus (117) petalis planis, quod pleni illi antheris deſtituantur, quibus naturales gaudent.

Canon inſervit pro diſtinctione inter Semifloſculoſos T. & Radiatos flore pleno. e. g. inter *Hieracium* & *Chryſanthemum*.

a. Compoſiti pleni flores e petalis planis fiunt ex Radiatis T. dum implentur, ſi radius diſcum totum occupat: ut in *Chryſanthemo*, *Heliantho*, *Calendula*.

b. Compoſiti naturales petalis planis ſunt Semifloſculoſi Tournef. ut *Hieracium*, *Leontodon*, *Sonchus*.

Hi duo flore *a. b.* facile ludunt Tyrones.

Semifloſculoſi T. Floſculi nunquam niſi hermaphroditi viſi.

Radiati pleni vero nunquam viſi ſunt antheris inſtructi.

Sic Tagetis flores pleni gaudent piſtillis ſine ſtaminibus ad ſingulos floſculos; at vero Leontodon & ſtaminibus & piſtillis.

131. Radius in flore Compoſito naturali (117), ſi piſtillis inſtruitur, omnes quoque pleni flores piſtillis inſtruuntur; ſi vero deſtituitur, etiam deſtituuntur pleni.

Radiati T. ſæpius ita implentur, ut radius diſcum excludat, tum evadunt omnes floſculi implentes ſimiles radio naturali e. gr. *Matricaria*, *Bellis*, *Chryſanthemum*, *Tagetes* flore pleno, ad ſingulum floſculum ſ. petalum ſtylo proprio inſtruuntur.

Helianthus, *Calendula*, *Centaurea* flore pleno, cum diſcus extruditur a multiplicato radio, obſerves ſingulum petalum carere ſtylo, quemadmodum radius.

Cum itaque nullus radii floſculus, in flore naturali Radiato, gaudet Antheris, ſequitur etiam facillima diſtinctio inter ſemifloſculoſos T. & Radiatos plenos. (130).

V. SEXUS.

132. Initio rerum, ex omni ſpecie viventium (3) unicum ſexus par creatum fuiſſe contendimus.

Oratio noſtra de Telluris habitabilis incremento. Upſ. & Lugdb. 1743. hanc Sententiam explicat.

Aqua quotannis ſubſidet; unde Tellus amplior evadit.

Plantæ diverſæ indicant altitudinem perpendicularem terræ.

Fertilitas ſeminum in plantis ſæpe inſignis, ex una radice unica æſtate ſemina *Zeæ* 2000. *Inulæ* 3000, *Helianthi* 4000, *Papaveris* 32000, *Nicotianæ* 40320.

Accedunt viviradices, perennitas, Gemmæ.

Gemmæ totidem Herbæ, ergo in una arbore, trunci vix ſpithami latitudinem excedente, Herbæ ſæpe 10000.

Diſſeminatio Naturæ ſtupenda eſt.

Aëris vis, præſertim vere & autumno procellæ.

Erigeron 3. Hort. cliff. 407. ex America diſſeminata per Europam.

Fructus elevatur per caulem.

Scandentes itaque factæ, ut attollant fructum.

Capſulæ apice dehiſcunt.

Volitantia Pappo plumoſo: *Compoſitæ, Valeriana.*
piloſo: *Compoſitæ, Stapelia, Xylon.*
calyce: *Compoſitæ, Scabioſa, Statice, Lagœcia, Brunia, Trifolium.*
cauda: *Pulſatilla, Populus, Typha, Lagurus, Arundo, Saccharum.*
Ala Seminis: *Abies, Liriodendrum, Betula, Plumeria, Bignonia, Conocarpus, Anethum, Artedia, Heſperis, Coriſpermum, Thalictrum.*
Pericarpii: *Acer, Fraxinus, Iſatis, Begonia, Hæmatoxylon, Ulmus, Ptelea, Dioſcorea.*
Calyce: *Humulus, Raſania, Rumex.*
Inflatione, ut volumen lævius evadat:
Calyce: *Phyſalis, Cucubalus, Trifolium.*
Pericarpio: *Colutea, Fumaria, Staphylæa, Cardioſpermum, Cicer.*

Elaſti-

Elaſticæ longe propellunt Semina.
Cartilagine: *Tricoccæ* (ord. nat. 47.), *Impatiens*, *Oxalis*, *Dioſma*, *Dictamnus*.
Mucrone: *Juſticia*, *Ruellia*, *Barleria*, *Lathræa*.
Fibris: *Momordica*, *Cucumis*, *Cardamine*.
Reptatu: *Crupina*, *Avena*, *Geranium*, *Sigesbeckia*, *Equiſetum*, *Filices*.

Adhærentia animalibus hamis, quæ in ruderatis creſcunt.
Calyce: *Arctium*, *Agrimonia*, *Neurada*, *Rhexia*, *Aſperugo*, *Rumex*, *Urtica*, *Parietaria*, *Plumbago*, *Linnæa*, *Sigesbeckia*.
Pericarpio: *Triumfetta*, *Bartramia*, *Heliocarpus*, *Petiveria*, *Triglochin*, *Martynia*, *Hedyſarum*, *Glycyrrhiza*, *Scorpiurus*, *Vella*, *Circæa*, *Valantia*, *Aparine*.
Seminibus: *Cynogloſſum*, *Myoſotis*, *Verbena*, *Daucus*, *Caucalis*, *Sanicula*, *Bidens*, *Verbeſina*, *Arctopus*.

Animalia, quæ ſemina integra deglutiunt, diſſeminant cum fœnore: *Viſcus*, *Avena*, *Juniperus*, *Epidendrum*.
Baccæ creatæ, ut diſſeminentur ob pulpam.
Sub Manducatione Semina diſpergunt Sciuri, Mures, Monedulæ.
Fodiunt Talpa, Erinaceus, Lumbricus, ut terra recipiat.

Flumina, *Mare*, *Lacus*, *Imbres*, *Æſtus* juvant.
Anaſtatica exemplo mirabili & ſtupendo.

Conſervatio naturalis ſeminum: *Caſſia*, *Mimoſa*, *Cucumis*.
Maris fundus non deſtruit Semina.
Similitudo eludit animalia: *Salicornia*, *Medicago*.
Plantæ occultant: *Arachis*, *Trifolium*, *Lathyrus*, *Valantia*.
Armis ab animalibus defenduntur, appropriatis *ſpinis*, *aculeis*, *caulibus*.
Carnoſæ propagantur foliis.
Arbores ſingulæ ſunt uti hortus circumſeptus, miro naturæ conſilio.

Germen & Corculum in Semine ex Medulla; ergo omnis generatio continuata multiplicatio.

133. Vegetabilia, ſenſatione licet deſtituantur, æque tamen ac animalia *vivere* (3) probat *Ortus*, *Nutritio*, *Ætas*, *Motus*, *Propulſio*, *Morbus*, *Mors*, *Anatomia*, *Organismus*.

Ortus ex Semine vel Gemma.

Nutritio ex humo tenuiſſima *Kylbel.* cum aqua & aëre. *Hales.*

Ætas: infantia, pueritia, adoleſcentia, virilitas, ſenectus; *Arbores, Hedera.*

Motus: Horam diei obſervant flores *ſemifloſculoſi* & varii alii.
Pluviam præſagit mane *Calendula.*
Noctu mutat: *Draba*, *Parthenium foliis ovatis crenatis*, *Trientalis.*
flacceſcit *Impatiens*, *Amorpha*;
reflectitur *Sigesbeckia*, *Triumfetta*;
clauduntur *Mimoſæ*, *Papilionaceæ*, *Lomentaceæ*;
componitur *Tamarindus*;
De die autem vigilant patentibus foliis.
Solem ſequitur *Reſeda Luteola*, & flores *ſemifloſculoſi.*
Defectus motus ex umbra aut ſylva, hinc diverſa ſtatura *Pini* aliorumque.

Propulſio, non enim datur in plantis Circulatio.

Morbus: Æſtus, Sitis, Pernio, Fames, Polyſarchia, Cancer, Inſecta.

Mori, Oppoſitum vitæ eſt.

Anatomia: Vaſa, Utriculi, Tracheæ, Cutis, Epidermis.

Organiſmus: Vaſa ſecretoria, Glandulæ.

134. Omne vivum ex ovo; per conſequens etiam vegetabilia; quorum Semina eſſe *Ova*, docet eorum Finis, ſobolem parentibus conformem producens.

Vivum omne ex ovo provenire exclamavit *Harvæus.*

Finis & Eſſentia ovi conſiſtit in puncto vitæ.

Semina *Filicum* Bobartius, *Muſcorum* ego, *Fucorum* Reaumurius, *Fungorum* Michelius detexere; de Majoribus dubium non eſt.

Generationes plantarum ex ſemine & gemmâ eſſe coævas docet Gemmarum conſideratio & præcocitas floreſcentiæ.

135. Vege-

135. Vegetabilia ex ovo (134) provenire, dictitat Ratio & Experientia; confirmant Cotyledones.

Semina in omni planta adesse nemo sanus negavit;
Polypi nec destituuntur ovis.

Radices, facile omnes, Polypi naturam servant, uti patet ex Gemmis, viviradicibus, Stolonibus.

Cotyledonum præsentia in omni planta prodeunte evincit semen adfuisse;

Generatio æquivoca dudum experimentis explosa est; & Cotyledonum præsentia optime destruitur.

136. *Cotyledones* animalium proveniunt e Vitello ovi, cui punctum vitæ innascitur; ergo Folia seminalia plantarum, quæ Corculum (86: VI.) involverunt, iidem sunt.

Cotyledones & *folia seminalia* sunt synonyma in plantis
Cotyledones *lactiferi* alunt Plumulam usque dum radices egerit, uti Placenta ſ Cotyledones in Animalibus.
Musci & affines foliis cotyledonibus destituuntur.
Dissert. de Seminibus Muscorum.

137. Prolem non ab *Ovo* tantum, nec a *Genitura* sola, sed ab *utrisque* simul prodire, probant *Animalia Hybrida*, *Ratio*, *Anatomia*.

Vermiculi seminales Leuwenhœkii non entia sunt; sunt tamen corpuscula, sed non viva per se; interim fœcundant.
Hybrida ex diversis speciebus animalia; e. gr. *Mulus* ex Equa & Asino; parenti neutri exacte similis.
Anatomia: Placentæ funiculique umbilicalis consideratio.
Ratio: vitia hæreditaria, Canes, Gallinæ.

138. Ovum non fœcundatum germinare, negat omnis experientia; adeoque & Ova vegetabilium.

139. Omnis species Vegetabilium (157) flore & fructu instruitur; etiam, ubi visus eosdem non assequitur.

Muscorum semina *Nos.*
Lemnæ flores delineati a *Valisnerio.*
Fucorum flores observavit *Reaumur.*
Pilulariæ flores investigavit *B. Jussiæus.*
Fungorum stamina descripsit *Michelius.*

140. Flos (88) omnis (139) instruitur Antheris (86) & Stigmatibus (86).

Isoetis Antheras deteximus; *iter Scanic.*

Parnassiæ stigma deficit in flore (postea excrescit), sed Germen hiat.

Musci Pistillis destituuntur forte soli, cum Corcula nuda sint.

141. Flos (140) antecedit omnem fructum, ut Generatio partum.

Colchicum & *Hamamelis* autumno florent, cujus fructum in sequenti anno producunt.

Musæ fructus non præcedit flori, licet maximum sit Germen, & non fœcundatus cessat adolescere, non vero matureſcere.

Ergo flos antecedens fructus, & fructus semper consequens floris.

142. FRUCTIFICATIO (88) constat Plantarum *Genitalibus* (143. 144); sic FLORESCENTIA (140) est *Generatio*, FRUCTUS maturatio vero *Partus.*

143. ANTHERAS (140) esse plantarum *Genitalia Masculina*, & eorum POLLEN veram *Genituram*, docet Essentia (88), Præcedentia (141), Situs, Tempus, Loculamenta, Castratio, Pollinis structura.

Situs: *Didynamistis* stamina adscendunt sub Corollæ labium superius, quo & se Pistillum flectit.

Monoeciæ pleræquæ flores stamineos supra pistilliferos gerunt: *Zea*, *Ricinus.*

Tempus: *Monoeciæ* & *Dioeciæ* flores Masculi eodem tempore Antheras, quo Pistilla Stigmata, perficiunt.

Castratio: *Musa* oppositum, ubi flores staminei serius quam pistilliferi, sterilem gerit fructum absque Seminibus.

Melonis flores stamineos qui diligenter auferunt, fructus non obtinent.

Loculamenta: *Antheræ* uniloculares, biloculares, triloculares, quadriloculares, exacte uti Pericarpium. §. 101.

Pollinis structura singularis & determinata ut semina. §. 101.

Est omne Pollen vesiculare, & continet materiam impalpabilem, quam explodit.

144. STIG-

144. STIGMATA (140) Germini ubique adnexa (97) esse *Genitalia Feminina* probat Essentia (88), Præcedentia (141), Situs, Tempus, Casus, Abscissio.

Situs: *Syngenesiæ* raro steriles, ubi stigmata perforant quasi antheras.

Tempus: *Viget* Stigma eodem tempore, quo Antheræ pollinem efflant.

Decidentia: *Cadit* & marcescit stigma post casum antherarum in plerisque; ergo effectus sub florescentia.

Abscissio, sic *Castratio* in omni flore.

145. GENERATIONEM (138) Vegetabilium fieri mediante Pollinis Antherarum illapsu supra Stigmata nuda, quo rumpitur Pollen, efflatque *auram seminalem*, quæ absorbetur ab humore Stigmatis; quod confirmat Oculus, Proportio, Locus, Tempus, Pluviæ, Palmicolæ, Flores nutantes, submersi, Syngenesia, immo omnium florum genuina consideratio.

Oculus: Pollinem intrare Germina credidit *Morilandus*; ejusdem essentiam extrahi mediante stigmate madido statuit *Vaillant*; Pollinem Aceris rumpi in humore vidit *B. Jussiæus*; omnem Pollinem in humore explodere auram seminalem confirmavit *Needham*.

Proportio: Stigmata sese flectere ad antheras, dein exseri ex *Diantho*, *Passiflora*, *Nigella* patet.

Pistillum ubi brevissimum, connivent Antheræ supra stigmata: *Saxifraga*, *Parnassia*.

Connivent, dum efflant pollinem Antheræ in *Celosia*.

Comprimit Corolla digitis antheras ad Stigmata in *Teucrio*.

Locus: Nunquam Pistilliferæ sponte nascuntur sine staminiferis in eadem terra; prodeunt ex eodem semine ambæ.

Tempus: in Diclinis flores ante germinationem foliorum plerumque prodeunt, ne folia tegant Pistilla: *Salix*, *Populus*, *Corylus* &c.

Pluviæ combibunt Pollen, ut in Stigmata cadere nequeat; *Hortulanis* notissimum in Drupiferis & Pomiferis. *Agricolis* detestabiles in agris fecalinis.

Fumus idem etiam facit, absorbendo humidum stigmatis.

Palmi-

Palmicolæ: notiſſima *Theophraſto*, *Plinio*, *Kæmpfero*, aliisque.
Piſtaciæ cultura in Archipelago: *Tournefortius*.
Caprificatio Veterum, & adhuc in Archipelago per Inſecta. vide *Diſſert. noſtr. de Ficu.*

Flores nutantes gaudent piſtillo ſtaminibus longiore, ut cadat Pollen in Stigma: *Campanula*, *Leucoium*, *Galanthus*, *Fritillaria*.

Flores ſubmerſi adſcendunt ſub floreſcentia: *Nymphæa*, *Stratiotes*, *Myriophyllum*, *Potamogeton*, *Hydrocharis*, *Valiſneria*.

Syngeneſia fruſtraneæ, ubi ſtigma deeſt, ibi nulla fœcundatio: in radio *Centaureæ*, *Helianthi*, *Rudbeckiæ*, *Coreopſidis*.

Tulipæ ſolitariæ ſi auferantur antheræ ante caſum Pollinis, ſterilis evadet.

Braſſicæ diverſarum varietatum, ſub floreſcentia in eodem loco ſatæ, nunquam diſtincta dabunt Semina.

Rhodiola in Horto upſ. ſterilis erat ab anno 1702 in 1750 dum mas adducebatur, tum ſemina protulit.

Clutia ſterilis erat in Hortis plerisque Belgicis, ſed viſa Leydæ femina fœcunda, Marem adeſſe prædixi & reperi.

Cave ne *Ficus*, *Humulus*, *Muſa*, *Morus*, &c., fructiferæ absque Staminibus diſſuadeant; Diſtinguas Partes fructificationis Calycem, Pericarpia, Receptacula a Seminibus.

146. CALYX ergo eſt *Thalamus*, COROLLA *Auleum*, FILAMENTA *Vaſa Spermatica*; ANTHERÆ *Teſtes*, POLLEN *Genitura*, STIGMA *Vulva*, STYLUS *Vagina*, GERMEN *Ovarium*, PERICARPIUM *Ovarium fœcundatum*, SEMEN *Ovum*.

Calyx poſſet pro *Cunni labiis* vel *Præputio* etiam haberi.

Corolla poſſet etiam loco *Nympharum* ſumi.

Filamenta, quæ ſuccum ad antheras deferunt, *vaſa ſpermatica* dicuntur.

Antheræ *Teſticuli* ſunt.

Stigma *Vulva*, reſpondens parti illi, quæ in ſexu ſequiore *lymphan genitalem* ſecernit.

Stylus *Vaginæ* vel *Tubæ Fallopianæ* reſpondet, licet huic minus proprie.

Germen

Germen *Ovarium*, cum contineat feminum rudimenta.
Pericarpium *Ovarium fœcundatum*, unde ova producit fœcunda.
Semina *Ova* esse ex dictis §. 134. 135. patet.

147. Plantarum VENTRICULUS est *Terra*, VASA CHYLIFERA *Radix* OSSA *Truncus*, PULMONES *Folia*, COR *Calor*, hinc Planta *Animal inversum* veteribus dictum fuit.

Animal inversum, olim planta dicta fuit; haurit radice, tanquam vasis lacteis chymum e minimis particulis humi, quod adscendit per caulem rigidum, in cujus divaricatione enascuntur Genitalia.

Cor plantis nullum, sed Calor efficit omne; nec opus est corde, ubi nec perpetui mobilis effectus necessarius est, & ubi propulsio, non circulatio, humorum.

Folia in motu constituta & perspirantia hoc modo pulmonibus respondent; in se tamen re ipsa musculi analoga sunt, licet non uti in animalibus caudâ affixa, cum motus voluntarius in his dari nequeat.

148. FLOS (140), qui *Antheras* (143) MASCULUS, qui *Stigmata* (145) FEMINEUS, qui *utraque* (142. 144) continet, HERMAPHRODITUS dicitur.

Hermaphroditi adeo frequentes sunt in vegetabilibus, ut rariores in Animalibus; inter *Vermes* multi videntur esse hermaphroditi; Androgynæ certe *Cochleæ* sunt.

Necessaria est sexus conjunctio in plantis, quum conjugem quærere & adire nequeant.

149. PLANTA quæ floribus tantum masculis (148), MAS,
quæ floribus tantum femineis (148), FEMINA,
quæ floribus tantum hermaphroditis (148), HERMAPHRODITA,
quæ masculis & femineis simul, (a. b.) ANDROGYNA,
quæque hermaphroditis & femineis aut

aut masculis simul, POLYGAMA dicitur; hæc tamen plerumque *Hermaphrodito* aut *Hermaphrodita* constat.

HERMAPHRODITA Planta gerit super eandem Radicem flores omnes *staminibus* pistillisque instructos, ut *Genera pleraque.*

ANDROGYNA gerit super eandem radicem Flores & *Masculos* & *Femineos* simul.

Ceratocarpus, *Zannichellia*, *Callitriche*, *Cynomorium.*
Zea, *Coix*, *Carex*, *Axyris*,
Typha, *Sparganium*, *Phyllanthus*, *Tragia.*
Urtica, Morus, Plantago,
Alnus, *Betula*, *Buxus.*
Xanthium, *Ambrosia*, *Iva*, *Parthenium*,
Amaranthus, Compositæ & Umbellatæ nonnullæ.
Zizania, Rumex.
Myriophyllum, *Ceratophyllum*, *Sagittaria*, *Poterium.*
Quercus, *Corylus*, *Carpinus*, *Juglans*,
Fagus, *Liquidambar.*
Pinus, *Abies*, *Cupressus*, *Thya*,
Ricinus, *Jatropha*, *Sterculia*, *Croton*,
Acalypha, *Theligonum*, *Hura*, *Hernandia.*
Cucurbita, *Cucumis*, *Trichosanthes*, *Momordica*,
Bryonia, *Sicyos*, *Feuillea.*
Andrachne.
Fucus, *Isoetes*, *Pilularia.*
Bryum, *Hypnum*, *Phascum*, *Lycopodium.*

MAS aut FEMINA gerit flores in eadem planta aut solos *Masculos* aut *Femineos* tantum.

Najas?
Valisneria, *Salix.* *Rumex*,
Osyris, *Ficus*, Valeriana.
Viscum, *Hippomane*, *Myrica*, *Hippophaës*,
Morus, Urtica.
Antidesma, Rhus, Rhamnus.
Pistacia, *Ceratonia*, *Pisonia*, *Zanonia*,
Humulus, *Cannabis*, *Acnida*, *Spinacia.*
Smilax, *Tamus*, *Rajania*, *Dioscorea*,
Cissampelos, *Phœnix*, *Borassus.*
Populus, *Diospyros*, *Begonia.*

Laurus,

Laurus,	*Mercurialis*,	*Hydrocharis.*
Carica,	Guilandina,	*Kiggelaria*, *Coriaria*,
Datiſca,	Cucubalus,	Silene.
Aruncus.		
Cliffortia.		
Juniperus,	*Taxus*,	*Ephedra.*
Napæa,	Croton.	
Ruſcus.		
Clutia.		
Polytrichum,	*Mnium*,	*Splachnum.*

POLYGAMA (Hybrida aliis) conſtat floribus hermaphroditis neceſſario, dein alios habet alterius ſexus, & quidem modis ſequentibus:

fl. Hermaphroditi & Hermaphroditæ, ut alter flos hermaphroditus ſit ab altera parte, & alter a contraria ſterilis, ut *Muſa.*

fl. Hermaphroditæ & Maſculi in eadem planta: *Veratrum*, *Celtis*, *Ægilops*, *Valantia.*

fl. Hermaphroditæ & Maſculi in diſtincta planta: *Chamærops*, *Panax*, *Nyſſa*, *Dioſpyros.*

fl. Hermaphroditi & Feminei in eadem planta: *Parietaria*, *Atriplex.*

fl. Hermaphroditi & Feminei in diſtincta planta.

fl. Androgyni & Maſculi in diſtincta planta: *Arctopus.*

fl. Polygami ex Hermaphrodita & Maſculo in eadem planta: *Femina* in diſtincta: *Gleditſia.*

fl. Hermaphroditi, *Maſculi & Feminei* in diverſis plantis: *Empetrum.*

150. LUXURIANTES Flores (119) nulli Naturales, ſed omnes *Monſtra* ſunt. *Pleni* (121) enim Eunuchi evaſerunt, adeoque ſemper abortiunt; *Multiplicati* (120) non æque; *Proliferi* (122) monſtroſorum augent deformationem.

Flos perfecte plenus nullus propagatur feminibus; ergo ipſe prodit vel e depactis ramis, vel e viviradicibus; ut *Dianthus*, *Lychnis*, *Hepatica*, *Cheiranthus*, *Tropæolum*, *Roſa*, *Punica*, *Caltha*, *Ranunculus*, *Viola*, *Pæonia*, *Narciſſus.*

Pauci

Pauci Flores, ut *Papaver*, *Nigella*, potius multiplicati dicendi, quam perfecte pleni, semina perficiunt.

Luxuriantes flores multiplicant corollam cum damno staminum, quæ excrescunt in petala; adeoque *Multiplicati* flores plurima, *Pleni* omnia stamina amisere. Multiplex ordo petalorum ideam præbet floris Multiplicati; at vero *Nymphææ*, *Cacti*, *Mesembryanthemi* flores multiplicati non sunt dicendi, cum evadant tales absque damno staminum.

Sponsalia plantarum, qui de *Sexu plantarum* plura velit, adeat.

VI. CHA-

VI. CHARACTERES.

151. FUNDAMENTUM Botanices (4) duplex eſt: *Diſpoſitio* & *Denominatio*.

Syſt. nat. veget. 2. Fundamentum Botanices conſiſtit in Plantarum Diviſione & Denominatione Syſtematica; Generica & Specifica.

Claſſ. plant. 4. Nomina plantarum debent eſſe certa, adeoque impoſita certis Generibus.

Diſpoſitio eſt Denominationis fundamentum.

Scientia Botanices his cardinibus nititur; Sic plantæ omnes uno anno, primo intuitu, absque præceptore, ſine iconibus aut deſcriptionibus, conſtanti memoria addiſcuntur. Ergo, qui hoc novit, Botanicus eſt, alius non.

152. DISPOSITIO (151) Vegetabilium diviſiones ſ. conjunctiones docet; eſtque vel *Theoretica*, quæ Claſſes, Ordines, Genera; vel *Practica*, quæ Species & Varietates inſtituit.

Diſpoſitio plantarum, ex fundamento fructificationis, recentiorum inventum eſt.

Practica ab eo poteſt tractari, qui de Syſtemate nihil intelligit.

Theoretica curam Syſtematis gerit; hanc *Cæſalpinus*, *Moriſonus*, *Tournefortius* & alii excoluere.

153. Diſpoſitio Vegetabilium (152) vel *Synoptice* vel *Syſtematice* abſolvitur, & vulgo *Methodus* audit.

Synoptica diviſio ſeculo XVI & XVII maxime in uſu fuit.

Syſtematica vero ſeculo XVIII præcipue exculta fuit, incepta a Tournefortio & Rivino.

Methodici ſummi methodo *mathematica*, in ſcientia naturali, a ſimplicioribus ad compoſita adſcendunt, adeoque incepere ab Algis, Muſcis, Fungis, uti *Rajus*, *Boerhaavius &c.*

Naturalis inſtinctus docet noſſe primum proxima & ultimo minutiſſima, e. gr. *Homines*, *Quadrupedia*, *Aves*, *Piſces*, *Inſecta*, *Acaros*, vel primum *majores* plantas, ultimo *minimos* Muſcos.

Natura ipſa ſociat & conjungit *Lapides* & *Plantas*, *Plantas* & *Animalia*; hoc faciendo non connectit perfectiſſimas

Plantas cum Animalibus maxime imperfectis dictis, sed imperfecta Animalia & imperfectas Plantas combinat, e.gr.
Lernæam Animalculum & *Confervam Algam.*
Spongiam Algam & *Corallia* Animalia;
Tæniam, *Confervam* articulatam, *Corallinam.*
Lithoceratophyton B. intra *Vegetabile*, extra *Lapideum*, ex *Animali.*

154. SYNOPSIS (153) tradit Divisiones (152) arbitrarias, longiores aut breviores, plures aut pauciores; a Botanicis in genere non agnoscenda.

Synopsis est dichotomia arbitraria, quæ instar viæ ad Botanicen ducit, Limites autem non determinat.

Clavis classium Synoptica est ex artis lege, ne confundantur distinguenda.

Methodici varii hanc viam incesserunt: *Rajus*, *Knautius*, *alii.*

155. SYSTEMA (153) Classes per 5 appropriata membra resolvit: *Classes*, *Ordines*, *Genera*, *Species*, *Varietates.*

Exempla hæc illustrant in aliis scientiis.

Geogr.	*Regnum*,	*Provincia*,	*Territorium*,	*Paræcia*,	*Pagus.*
Milit.	*Legio*,	*Cohors*,	*Manipulus*,	*Contubernium*,	*Miles.*
Phil.	*G. Summum*,	*Intermed.*	*Proximum*,	*Species*,	*Individ.*
Botan.	*Classis*,	*Ordo*,	*Genus*,	*Species*,	*Varietas.*

Tournefortio debet Botanice hos familiarum limites.

Differentia inter Synopsin & Systema hæc est:

Synopsi: *a* 2; *b* 4; *c* 8; *d* 16; *e* 32.
Systemati: *a.* 10; *b* 100; *c* 1000: *d* 10000; *e* 100000;
itaque præstat Systema Synopsi.

156. Filum ariadneum Botanices est Systema (155), sine quo Chaos est Res herbaria.

Exemplo sit planta incognita indica: evolvat Botanophilus descriptiones, figuras, indices omnes, nec reperiet nomen, nisi casu; sed Systematicus sive antiquum, sive novum genus mox determinabit.

Systematicis, qui filum hoc duxere, omni ævo honos permanebit, quum eo destituti Mæandros Botanices errantes intrarent omnes.

Veri

Veri ſyſtematici Auctores ſ. Inventores probe a Compilatoribus diſtinguendi.

Syſtema etiam omiſſas indicat per ſe plantas, quod nunquam Catalogi enumeratio.

157. SPECIES (155) tot numeramus, quot diverſæ formæ in principio ſunt creatæ

Claſſ. plantar. 5. Species tot ſunt, quot diverſas formas ab initio produxit Infinitum Ens; quæ formæ, ſecundum generationis inditas leges, produxere plures, at ſibi ſemper ſimiles. Ergo ſpecies tot ſunt, quot diverſæ formæ ſ. ſtructuræ hodienum occurrunt.

Oratio de *Telluris habitabilis incremento.* Upſ. & Leyd. edita, conſequentias plurimas ſuper hoc argumentum edocuit.

Radix extenditur in herbam inque infinitum, usque dum apice rumpantur integumenta in florem, formantque ſemen contiguum, ultimum terminum vegetationis; Hoc ſemen cadit, prognaſcitur, & in diverſo loco quaſi plantam continuat; hinc ſimillimam ſobolem producit, uti Arbor ramum, Ramus gemmam, Gemma herbam; ergo Continuatio eſt Generatio plantarum.

NOVAS SPECIES dari in vegetabilibus negat generatio continuata, propagatio, obſervationes quotidianæ, Cotyledones.

Dubium movere *Marchant. act. pariſ.* 1719; *Ego* in *Peloria* 1744; *Gmelinus* in *orat. inaugur.* 1749. vide *Amœnit. acad.* 71.

Nymphoides T. Herba *Nymphææ*, fructificatio *Menyanthis.*
Datiſca, mas *Cannabis*; femina *Reſeda.*
Tragopogon Hort. upſ. 3. quaſi ex patre *Lapſana.*
Hyoſcyamus Hort. upſ. 2. - - - - *Phyſalide.*
Poterium Hort. upſ. 2. - - - - *Agrimonia.*
Saxifraga Fl. ſuec. 358. - - - - *Parnaſſia.*
Dracocephalum Hort. upſ. 6. - - - *Nepeta.*
Primulæ ſp. alpina - - - - *Cortuſa.*
Carduus Hort. upſ. 1. degenerans in *Carduum Pyrenaicum.*
Meſembryanthema numeroſa ad *Caput Bonæ Spei.*
Gerania africana, conformia flore, *ad Cap. bon. ſpei.*
Cacti omnes in ſola *America.*
Aloë numeroſiſſimæ in *Africa.*
Varietates ſingulares numeroſæ. *Tournef. corollar.*
Verbena virginica nobis obſervata.

Delphinium obſervante *Gmelino.*
Mercurialis foliis multifidis *Marchantii.*

158. VARIETATES (155) tot ſunt, quot differentes plantæ ex ejusdem ſpeciei (157) ſemine ſunt productæ.

Varietas eſt Planta mutata a cauſſa accidentali: *Climate, Solo, Calore, Ventis,* &c. reducitur itaque in *Solo* mutato.

Species varietatum ſunt *Magnitudo, Plenitudo, Criſpatio, Color, Sapor, Odor.*

Excludi poſſent varietates e re herbaria, at
Oeconomi Magnas & Criſpas,
Hortulani Plenas & Coloratas,
Medici Sapidas & Odoratas æſtimant.

Tropæolum flore pleno ex America curâ Bewerningii 1684.

159. GENERA (155) tot dicimus, quot ſimiles conſtructæ fructificationes proferunt diverſæ Species (157) naturales.

Cæſalp. Confuſis generibus confundi omnia neceſſe eſt.

Claſſ. plant. 6. Omnia Genera & Species naturales eſſe confirmant revelata, inventa, obſervata.

Syſt. nat. veg. 14. Genus omne eſt naturale, in primordio tale creatum, hinc pro lubitu & ſecundum cujuscunque theoriam non proterve diſcindendum aut conglutinandum.

Exemplo conſtant *Ranunculi, Aconiti, Nigellæ, Claytoniæ, Hibiſci, Paſſifloræ,* infinitorum, præſertim a poſteriori.

160. CLASSIS (155) eſt Generum (159) plurium convenientia in partibus fructificationis (86) ſecundum principia naturæ & artis.

Tournefort. Claſſis eſt congeries generum, quibus nota quædam communis adeo propria eſt, ut ab aliis omnibus generibus plantarum prorſus differat.

Naturales dari *claſſes* (§. 77.) ita creatas patet ex plurimis: *Umbellatis, Verticillatis, Siliquoſis, Leguminoſis, Compoſitis, Graminibus,* &c.

Artificiales claſſes ſuccedaneæ ſunt naturalium, usque dum omnes naturales ſint detectæ, quas plura genera, nondum detecta, revelabunt, & tum limites claſſium difficillimi evadant.

Caven-

Cavendum ne imitando naturam filum ariadneum (156) amittamus, uti *Morisonus* & *Rajus*.

161. ORDO (155) est Classium (160) subdivisio, ne plura Genera (159) distinguenda simul & semel evadant, quam animus facile assequatur.

Ordo est Classium subdivisio; facilius enim distinguuntur genera 10, quam 100.

162. NATURÆ opus semper est *Species* (157) & *Genus* (159): CULTURÆ sæpius *Varietas* (158); NATURÆ & ARTIS *Classis* (160) & *Ordo* (161).

Species constantissimæ sunt, cum earum generatio est vera continuatio.

Genera esse naturalia evincunt plurimæ plantæ: *Aconita*, *Nigellæ*, *Bignoniæ*, *Ranunculi*, *Mesembryanthema*, *Zygophylla*, *Gerania*, *Oxalides*.

Varietates culturæ opus esse, docet *Horticultura*, quæ easdem sæpius & producit, & reducit.

Classes & *Ordines* plerasque naturales esse, docent ordines naturales § 77.

163. HABITUS est conformitas quædam Vegetabilium affinium & congenerum, in *Placentatione*, *Radicatione*, *Ramificatione*, *Intorsione*, *Gemmatione*, *Foliatione*, *Stipulatione*, *Pubescentia*, *Glandulatione*, *Lactescentia*, *Inflorescentia*, aliisque.

FACIES EXTERNA vulgo a Botanicis antea dictus est Habitus.

C. Bauhinus & *Veteres* egregie ex Habitu plantarum divinarunt earundem affinitates, ut ipsi Systematici sæpius deflexerint, ubi Habitus recta duxerat.

Methodus naturalis est ultimus finis Botanices (§. 77).

Fructificatio, recentiorum inventum, viam primario aperuit ad Methodum naturalem, sed nec hæc etiamnum ita intelligitur, ut omnes classes detegat.

Habitus, uti in Quadrupedibus distinguit Feras a Pecoribus, quamvis Dentes non inspicerentur; sic etiam in Plantis sæpe harum ordines naturales primo intuitu manifestat.

I PLACENTATIO eſt cotyledonum diſpoſitio, ſub ipſa Seminis Germinatione.

1. *ACOTYLEDONES*, ubi nulli omnino exſtant cotyledones: *Muſci.*

2. *MONOCOTYLEDONES* (quamvis hæ proprie acotyledones ſint, cum cotyledones perſiſtunt intra Semen).
perforatæ: *Gramina.*
unilaterales: *Palmæ.*
reductæ: *Cepa,*

3. *DICOTYLEDONES* immutatæ: *Legumina, Poma, Drupæ, Didynamia.*
plicatæ: *Goſſypium.*
duplicatæ: *Tetradynamia, Malvæ.*
obvolutæ: *Helxine.*
ſpirales: *Salſola, Salicornia, Ceratocarpus, Baſella, Holeraceæ omnes 77:52.*
reductæ: *Umbellatæ.*

4. *POLYCOTYLEDONES Pinus* 10.
Cupreſſus 5.
Linum 4?

II. RADICATIO eſt Radicis diſpoſitio: caudice deſcendente, adſcendente & Radiculis. Exempla ex §. 80. petenda.

Bulboſa ſquamoſa: *Lilium;* Tunicata: *Cepa;*
Duplicata: *Fritillaria.* Solida: *Tulipa;*
Tuberoſa palmata: *Orchis;* Faſciculata: *Pæonia;*
Pendula: *Filipendula, Elæagnus.*
Articulata (8§): *Lathræa, Oxalis, Martynia, Dentaria.*
Fuſiformis: *Paſtinaca, Daucus, Raphanus.*
Globoſa: *Ranunculi ſpec. Chærophylli ſp. Bunium.*

III. RAMIFICATIO manifeſtatur in ſitu *Ramorum*, quem *Folia* ſequuntur.

Nulli Rami, licet folia prodeant in caule: *Dictamnus, Pæonia, Epimedium, Podophyllum.*

Folia oppoſita & alterna in plantis, plerumque vegetabilia diverſiſſima indicant, paucas ſi excipias, quarum aliæ ſpecies foliis oppoſitis, aliæ alternis ſunt: ut
Euphorbia, Ciſtus, Lantana.
Antirrhinum, Lilium, Epilobium.

Folia

Folia inferne oppoſita ad Ramos, ſuperne alterna ad flores:
Antirrhinum, *Jaſminum*.
Veronica, *Borrago*.

Folia inferne alterna, ſuperne oppoſita in ramos:
Potentilla 1. H. upſal. Potamogeton.

Folia inferne oppoſita, ſuperne terna: *Nerium.*

Folia inferne terna, ſuperne alterna (rami inferne terni nec alii):
Ruſcus.

Folia inferne quaterna, ſuperne alterna: *Coreopſis 2. Hort. upſ.*
Antirrhinum 3. Hort. upſ.

Naturalem ſitum qui eruere geſtit in plantis ramificatione diverſis, adeat Folia radicalia.

IV. INTORSIO eſt flexio partium verſus alterum latus.

CAULIS volubilis ſiniſtrorſum ℂ:
Tamus, *Dioſcorea*, *Rajania*, *Meniſpermum*, *Ciſſampelos*, *Hippocratea.*
Lonicera
Humulus
Helxine.
dextrorſum ℑ:
Phaſeolus, *Dolichos*, *Clitoria*, *Glycine*, *Securidaca.*
Convolvulus, *Ipomœa*,
Cynanche, *Periploca*, *Ceropegia*,
Euphorbia, *Tragia.*
Baſella,
Eupatorium,
Tournefortia.

CIRRHUS volubilis dextrorſum retrorſumque.
Leguminoſæ pleræque ejusmodi cirrhos gerunt.
Smilax petiolos cirrhiferos profert; idem ferme *Piper.*

COROLLA ſiniſtrorſum (*):
Aſclepias, *Nerium*, *Vinca*, *Rauwolfia*, *Periploca*, *Stapelia.*
dextrorſum: *Pedicularis Fl. ſu. 505. 507. 508.*

(*) *Siniſtrorſum* hoc eſt; quod reſpicit ſiniſtrum, ſi ponas Te ipſum, in centro conſtitutum, meridiem adſpicere; *Dextrorſum* itaque contrarium.

Trientalis ſingularis, quod petala omnia altero latere imbricatim dextrorſum incumbant.

Gentiana contra ſolem, ante explicationem, imbricata eſt.

PISTILLA ſiniſtrorſum: *Cucubalus*, *Silene*.

GERMINA contorta ſiniſtrorſum: *Helicteres*, *Ulmaria*.

FLORUM reſupinatio, cum corollæ labium ſuperius terram, inferius cœlum ſpectat: *Violæ Europeæ*, *Ocymum*, *Ajuga orientalis*, *Satyrii ſpecies*.

obliquitas: *Hyſſopi Lophanthus* ☽. *Nepeta H. upſ. 3. Pedicularis* ☾ *Fl. ſu. 505. 507 508.*

SPICÆ ſpirales: *Aſperifoliæ*. *Claytonia*.

incurvatio: *Saururus*, *Mimoſa*, *Petiveria*, *Papaver*, *Sedum rubrum*, *Lilium martagon*.

HYGROMETICA varia ex fibrarum contorſione occurrunt in variis plantis.

Avenæ ariſta funis inſtar contorta.

Geranii feminis arillus caudatus ſpiralis.

Mnium, quod *Bryum* Fl. ſu. 903. pedunculo inferne & ſuperne contrario torto.

V. GEMMATIO eſt Gemmæ conſtructio ex foliis, ſtipulis, petiolis aut ſquamis.

1. *OPPOSITIVÆ PETIOLARES.*

a. *Liguſtrum*
Phillyrea
Nyctanthes
Syringa
Hypericum
Coriaria
Buxus.

b. *Jaſminum*
Vaccinium
Arbutus
Andromeda
Ledum
Daphne
Laurus
Myrica.

c. *Limæa*
Diervilla
Lonicera.

d. *Euonymus*.

e. *Fraxinus*
Acer
Eſculus
Bignonia.

f. *Opulus*
Sambucus.

g. *Piſidium*.

2. *OPPO-*

2. *OPPOSITIVÆ STIPULACEÆ.*

Cephalanthus. *Rhamnus catharticus.*

3. *ALTERNATIVÆ PETIOLARES.*

a. *Salix.* *Hippophaë.* f. *Juglans*
b. *Spiræa.* d. *Berberis* *Piſtacia.*
c. *Geniſta* *Ilex.* g. *Plumbago.*
Solanum e. *Ribes.*

4. *ALTERNATIVÆ STIPULACEO-PETIOLARES.*

a. *Sorbus* c. *Cotoneaſter* *Rubus*
Cratægus *Amygdalus* *Vitis*
Prunus *Ceraſus* *Robinia*
Meſpilus germ. *Padus.* *Cytiſus.*
b. *Pyrus* d. *Melianthus* e. *Potentilla frutiçoſ.*
Malus. *Roſa* *Staphylea.*

5. *ALTERNATIVÆ STIPULACEÆ.*

a. *Populus.* *Fagus* c. *Betula*
b. *Tilia* *Carpinus* *Alnus.*
Ulmus *Corylus.* d. *Ficus*
Quercus *Morus.*

6. *ANOMALÆ.*

a. *Abies.*
b. *Pinus.*
c. *Taxus.*

7. *NULLÆ.*

Carentes gemmis
§. 85. p. 51.

VI. FOLIATIO eſt complicatio ea, quam ſervant *Folia*, dum intra Gemmam aut Aſparagos plantarum latent. Hæc prætervisa anteceſſoribus ſequentes modos agnoſcit.

1. *INVOLUTA*, quorum margines laterales utrinque introrſum ſpiraliter involvuntur.

2. *REVOLUTA*, quorum margines laterales utrinque retrorſum ſpiraliter convolvuntur.

3. *OBVOLUTA*, quum margines alterni comprehendunt oppoſiti folii marginem rectum.

4. *CONVOLUTA*, cum unius lateris margo circumambit alterum ejusdem folii marginem inſtar cuculli.

5. *IMBRICATA*, quando parallele, ſuperficie recta, ſibi invicem incumbunt.

6. *EQUITANTIA*, quum folii latera parallele connivent, ut interiora ab exterioribus includantur; quod non in Conduplicatis (7) obtinet.

7. *CONDUPLICATA*, cum folii latera parallele ſibi invicem approximantur.

8. *PLICATA*, cum plicatim longitudinaliter complicantur, uti folia plicata §. 83.

9. *RECLINATA*, quum folia verſus petiolum deorſum reflexa ſunt.

10. *CIRCINALIA*, quum folia deorſum ſpiraliter involvuntur.

1. INVOLUTA.
Lonicera
Diervilla
Euonymus
Rhamnus cathar.
Pyrus
Malus
Populus
Plumbago
Viola
Commelina ann.
Plantago
Aliſma
Potamogeton natans
Nymphæa
Saururus
Aſter ann.
Humulus
Urtica
Hepatica
Sambucus
Ebulus
Staphylæa.

2. REVOLUTA.
Roſmarinus
Teucrium Marum.
Dracoceph. digit.
Nerium
Andromeda
Ledum
Epilobium irregul.
Salycis ſpecies!
Rumex
Perſicaria
Polygonum
Parietaria
Primula
Carduus
Cnicus
Tuſſilago
Senecio
Othonna
Potentilla fruticoſa.
Ptelea.

3. OBVOLUTA.
Dianthus
Lychnis
Saponaria
Epilobium oppoſitif.
Dipſacus
Scabioſa
Valeriana
Marrubium
Phlomis
Salvia
Praſium.

4. CONVOLUTA.
Canna

Amomum
Calla
Arum
Piper
Hydrocharis
Commelina lutea
Grámina pleraque
Prunus
Armeniaca
Dodecatheon
Crepis
Lactuca
Hieracium
Sonchus Sibir.
Tragopogon
Orobus
Vicia
Lathyrus
Solidago
Aster
Pinguicula
Vaccinium
Pyrola
Berberis
Brassica
Armoracia
Symphytum
Cynoglossum
Potamog. perfol.
Eryngium
Menyanthes conjunctim
Saxifraga
Aralia
Dictamnus
Epimedium.

5. IMBRICATA.

Syringa
Ligustrum
Phillyrea
Nyctanthes.
Linnæa
Cephalanthus
Coriaria
Hypericum
Valantia
Justicia
Portulaca
Laurus
Daphne
Hippophaës
Ruscus
Cyanus perennis
Mespilus Germ.
Campanula
Polemonium
Sium.

6. EQUITANTIA.

Hemerocallis
Gramina nonnulla
Poa.
Iris
Acorus
Carex.

7. CONDUPLICATA.

Quercus
Fagus (intimum)
Corylus semi. (secunde)
Carpinus (secunde)
Tilia (secunde)
Padus spiraliter
Cerasus - - -
Amygdalus - -
Cotoneaster - -
Frangula
Alaternus
Paliurus
Juglans
Pistacia
Rhus
Fraxinus
Sorbus
Rosa

Rubus
Potentilla vulg.
Comarum obvolutum!
Bignonia
Cytisus
Robinia
Pisum
Diadelphiæ pleræque
Melianthus
Pastinaca
Heracleum
Laserpitium
Poterium.

8. PLICATA.
Cratægus
Betula
Alnus
Fagus!
Vitis
Acer
Opulus
Viburnum
Ribes
Althæa
Malva
Humulus
Urtica
Passiflora
Alchemilla.

9. RECLINATA.
Podophyllum
Aconitum
Hepatica
Pulsatilla
Anemone
Adoxa.

10. CIRCINALIA.
Filices
Palmæ nonnullæ.

VII. STIPULATIO est Stipularum situs & structura ad basin foliorum.

Stipulæ non minus quam folia in diversis diversæ existunt.

a. Nullæ: *Asperifoliæ, Didynamia, Stellatæ, Siliquosæ, Liliaceæ, Orchideæ, Compositæ plurimæ.*
Præsentes: *Papilionaceæ, Lomentaceæ, Icosandria.*

b. Geminæ s. utrinque solitariæ: *plerisque.*
Solitariæ: *Melianthus* interne; *Ruscus* externe.

c. Deciduæ: *Padus, Cerasus, Amygdalus, & ordo V Gemmarum.*
Persistentes: *Diadelphia, Icosandria polygyna.*

d. Adnatæ: *Rosa, Rubus, Potentilla, Comarum, Melianthus.*
Solutæ: *plerisque.*

e. Intrafoliaceæ: *Ficus, Morus.*
Extrafoliaceæ: *Diadelphia, Alnus, Betula, Tilia.*

VIII. PUBESCENTIA est Armatura plantæ, qua ab externis injuriis defenditur.

SCABRI-

SCABRITIES componitur particulis, nudis oculis vix manifeſtis, quibus adſpergitur plantarum ſuperficies.

GUETTARDUS lynceis oculis hanc, quaſi primus, vidit.

Glandulosa Miliaris.
Veſicularis. *Meſembryanthemum, Aizoon, Tetragonia.*
Lenticularis.
Globularis, *Atriplex, Chenopodium.*
Secretoria.
Catenulata.
Utricularis.

Setacea Cylindrica.
Conica.
Hamoſa.
Glandulifera. *Ribes.*
Furcata. *Lavandula.*
Securiformis. *Humulus.*
aggregatæ ſtellares *Alyſſum, Helicteres,*
ſimplices *Hippophaës.*

Articulata ſimplex.
nodoſa.
caudata.
ramoſa: *Verbaſcum.*
plumoſa.

LANA ſervat plantas ab æſtu nimio.
Salvia canarienſis, *Sideritis* canarienſis, *Æthiops* Salviæ.
Marrubium, Verbaſcum, Stachys.
Carduus eriocephalus, *Onopordum.*

TOMENTUM ſervat plantas a ventis; gaudet ſæpius colore *incano:*
Tomex.
Medicago, Halimus.

STRIGÆ arcent ſetis rigidis animalcula & linguas;
Cactus.
Malpighia.
Hibiſcus, Rubus.

HAMI adhærent animalibus prætereuntibus.
Triglochides *Lappula.*

incurvi

incurvi *Arctium, Marrubium,*
Xanthium, Petiveria.

STIMULI punctura venenata arcent animalia nuda.
Urtica,
Jatropha, Acalypha, Tragia.

ACULEI arcent propria animalia.
Volkameria, Piſonia.
Hugonia (ſpirales ſ. cirrhoſi).
Cæſalpinia, Mimoſa, Parkinſonia.
Capparis, Erythrina, Robinia.
Solanum, Cleome.
Smilax, Convolvulus, Aralia.
Duranta, Xylon, Drypis.
Euphorbia, Tragacantha, Tragopogon.

FURCÆ arcent animalia.
Berberis, Ribes, Gleditſia.
Meſembryanthemum, Oſteoſpermum.
Ballota, Barleria, Fagonia, Poterium.

SPINÆ RAMORUM arcent Pecora.
Pyrus, Prunus, Citrus.
Hippophaës,
Gmelina, Rhamnus, Lycium, Catesbæa, Celaſtrus.
Ulex, Aſparagus.
Spartium, Achyronia, Ximenia.
Ononis, Stachys, Alyſſum, Cichorium.

FOLIORUM.
Aloe, Agave, Yucca,
Ilex, Hippomane, Theophraſta,
Carlina, Cynara, Onopordum,
Morina, Acanthus, Gundelia,
Juniperus, Salſola, Polygala,
Ruſcus, Borbonia, Statice, Ovieda,
Cliffortia.

CALYCIS.
Carduus, Cnicus, Centaurea.
Moluccella, Galeopſis.

FRUCTUS:
Trapa, Tribulus, Murex,
Spinacia, Agrimonia, Datura.

IX. GLANDULATIO vaſa ſecretoria offert.

1 *GLANDULÆ PETIOLARES:*
Ricinus, Jatropha, Paſſiflora, Caſſia, Mimoſa.
FOLIACEÆ ex ſerraturis: *Salix.*
ex baſi: *Amygdalus, Cucurbita, Elæocarpus, Impatiens, Padus, Opulus.*
ex dorſo: *Urena, Tamarix, Croton.*
ex ſuperficie: *Pinguicola, Droſera.*
STIPULARES: Bauhinia, Armeniaca.
CAPILLARES: Ribes, Antirrhinum quadrifol. *Scrophularia, Ceraſtium, Silene.*
PORI: Tamarix, Silene, viſcaria.

2. *FOLLICULI* ſunt vaſa aëre diſtenta.
Utricularia, ad radicem profert vaſcula ſubrotunda inflata bicornia.
Aldrovanda, ad folia promit folliculos olliformes, ſemicirculares.

3. *UTRICULI* ſunt vaſcula repleta liquore ſecreto.
Nepenthis extremitas foliorum deſinit in filum, & filum in cylindrum magnitudine & figura penis, apice clauſum operculo, quod margine altero aperitur.
Sarracenia folia habet cucullata, ferme uti Nepenthes, ſed ad radicem ſeſſilia.
Marcgravia in centro umbellæ promit vaſcula, quæ referunt corollam ringentem Galeopſidis, ſed labio inferiori deſtitutam. *Gen. plant.* 507.

X. LACTESCENTIA eſt copia liquoris, qui effluit læſa planta.

Alba: *Euphorbia.*
Papaver.
Aſclepias, Apocynum, Cynanchum &c.
Semifloſculoſi T.
Campanula, Lobelia, Jaſione.
Cactus tuberculis tectus.
Acer, Selinum, Rhus.

Lutea:

Lutea: *Chelidonium, Bocconia, Sanguinaria. Cambogia.*
Rubra: *Rumex sanguinea.*

XI. INFLORESCENTIA est modus, quo flores pedunculo plantæ annectuntur, quem *Modum* Florendi dixere antecessores.

VERTICILLATÆ Rj: *Marrubium.*
CORYMBIFERÆ: *Siliquosæ.* (*ord. nat. 57.*)
SPICATÆ: (ord. nat. 1 2.). *Piperes, Mimosæ.*
PANICULATÆ: *Gramina varia.*
AXILLARES sunt plerique flores; ergo sequentes Rariores:
OPPOSITIFOLII, quorum flores folio e regione opponuntur, uti *Piper, Saururus, Phytolacca, Dulcamara, Vitis, Cisti annui, Cissus, Corchorus, Ranunculus aquatilis, Geranium.*
INTERFOLIACEI Flores inter folia opposita, sed alternatim collocantur: *Asclepias.*
LATERIFOLII Flores ad latus baseos folii: *Claytonia, Solanum, Asperifoliæ.*
PETIOLARES Flores pedunculo petiolis inserto: *Hibiscus, Turnera.*
CIRRHIFERI flores: *Cardiospermum, Vitis.*
SUPRAAXILLARES: *Asperifoliæ, Potentilla 3. H. upſ.*
Mittimus varia, quæ huc spectant: e gr.
TEMPUS Germinandi antequam e Semine & Terra emergat:
Brevissimum: *Tetradynamiæ, Helxine.*
Annuum: *Hypecoum, Glaucium, Melampyrum segetum, Ranunculus* falcatus.
Biennе: *Mespilus, Oxyacantha, Rosa, Cornus.*
Gemmandi seu gemmas aperiendi.
Florendi annuum:
horarium.
Vigendi, quod in variis & diversis proprium & singulare est

164. Dispositio (155) vegetabilium primaria (152) a sola fructificatione desumenda est.

Antecessores urgebant insufficientiam fructificationis, quum partes ejus paucæ ipsis innotuere; nos easdem sufficientissimas introduximus.

CALYX

CALYX.
- Perianthium *Riv.* — *Calix Tournef.*
- Involucrum *Arted.*
- Amentum. — *Julus T.*
- Spatha *Linn.*
- Gluma *Raj.* — *Locusta Raj.*
- Calyptra *Dill.*
- Volva *Michel.*

COROLLA *Linn.* — *Petalum T.*
- Petalum *Col.*
- Tubus ſ. unguis. — *Unguis T.*
- Limbus ſ. Lamina *L.*
- Nectarium *Linn.*

STAMEN.
- Filamentum *Linn.* — *Stamen T.*
- Anthera *L.* — *Apex T.*

PISTILLUM
- Germen *L.* — *Ovarium R.*
- Stylus *Boerh.* — *Piſtillum T.* *Tuba V.*
- Stigma *Linn.*

PERICARPIUM *Riv.*
- Capſula *Veter.* — *Capſula T.*
- Siliqua *Veter.* — *Siliqua T.*
- Legumen *Linn.*
- Conceptaculum *L.*
- Drupa *Linn.*
- Pomum *Veter.* — *Fructus carnoſus*
- Bacca *Veter.*
- Strobilus *R.* — *Conus T.*

SEMEN
- Coronula *L.*
- Pappus *Veter.*
- Ala.
- Arillus *L.* — *Calyptra T.*
- Hilum.
- Nux *Veter.* — *Nux T.*
- Propago *Linn.*

RECEPTACULUM *Pont.* — *Placenta V.*
- Palea *Vaill.*
- Umbella *Veter.* — *Umbella T.*
- Cyma *Linn.*
- Spadix *Linn.*

GENERA FICTA itaque vocanda sunt ea omnia, quæ fundamentum in sola fructificatione non agnoscunt: e. gr.

Limodorum T. *Radice fibrosa* non esset Orchis.
Bistorta T. *Radice carnosa* - - non Polygonum.
Rapa T. *Radice gibba* - - - - - Brassica.
Sisarum T. *Radice tuberosa* - - - Sium.
Hermodactylus T. *Radice tuberosa* - Iris.
Sisyrinchium T. *Bulbo superimposito* - Iris.
Xiphium T. *Bulbo tunicato* - - - Iris.
LilioFritillaria B. *Bulbo squamoso* - Fritillaria.
Mesomora R. *Caule herbaceo* - - - Cornus.
Anacampseros T. *Caule erecto* - - - Sedum.
Psyllium T. *Caule ramoso* - - - - Plantago.
BellisLeucanthemum M. *Caule folioso* - Bellis.
Piloselle V. *Scapo nudo* - - - - - Hieracium.
Suber T. *Cortice fungoso* - - - - Quercus.
Larix T. *Foliis fasciculatis* - - - Abies.
Genistella T. *Foliis articulatis* - - - Genista.
Potamopithys B *Foliis non stellatis* - - Alsinastrum T.
Quinquefolium T. *Foliis digitatis* - - Pentaphylloides T.
Lupinaster B. *Foliis digitatis* - - - Trifolium.
Dracunculus T. *Foliis pedatis* - - - Arum
Trichomanes T. *Foliis pinnatis* - - Asplenium.
Clymenum T. *Foliis pinnatis* - - - Lathyrus.
Muscoides M. *Foliis imbricatis pluries* - Jungermannia.
Lentiscus T. *Foliis sine impari* - - - Terebinthus T.
Faba T. *Foliis sine cirrho* - - Vicia.
Cytiso-Genista T. *Foliis ternis & simplicibus* Spartium L.
Colocasia B. *Foliis non auritis* - - - Arum.
Cirsium T. *Foliis non spinosis* - - - Carduus.
Coronopus R. *Foliis pinnatifidis* - - Cochlearia.
Coronopus T. *Foliis dentatis* - - - Plantago.
Ilex T. *Foliis denticulatis* - - - - Quercus.
Scorzoneroides V. *Foliis dentatis* - - Scorzonera.
Anguria T. *Foliis multifidis* - - - Cucurbita.
Alcea T. *Foliis multifidis* - - - - Malva.
Millefolium T. *Foliis sectis minutim* - Ptarmica T.
Cicutaria T. *Foliis Cicutæ* - - - - Ligusticum.
Cedrus T. *Foliis cupressinis* - - - Juniperus.
Ranunculoides V. *Foliis capillaribus* - Ranunculus.
Alhagi T. *Foliis simplicibus* - - - - Hedysarum

Niſſolia T. *Foliis ſimplicibus* - - - Lathyrus.
Marſilea M. *Foliis ſimplicibus* - - - Jungermannia.
Balſamita V. *Foliis indiviſis* - - - - Tanacetum.
Cepa T. *Foliis fiſtuloſis* - - - - Allium.
Aphaca T. *Foliis nullis præter ſtipulas* - Lathyrus.
Mimoſa T. *Foliis ſenſitivis* - - - - Acacia T.
Oxyoides G. *Foliis ſenſitivis pinnatis* - Oxalis.
Aurantium T. *Petiolis cordatis* - - - Citrus.
Calamintha T. *Pedunculis ramoſis* - - Meliſſa.
Cotinus T. *Pedunculis lanatis* - - - Rhus.
Virga ſanguinea D. *Cyma nuda* - - Cornus
Corona imperialis T. *Coma folioſa* - Fritillaria.
Stœchas T. *Spicæ comoſæ* - - - - Lavandula
Carex D. *Spiculis androgynis* - - - Cyperoides T.
Chamæpithys T. *Floribus ſparſis* - - Teucrium.
Acinos D. *Floribus ſparſis* - - - - Thymus.
Limonium T. *Floribus ſparſis* - - - Statice.
Chamædrys T. *Floribus verticillatis* - - Teucrium.
Thymbra T. *Floribus verticillatis* - - Satureja.
Volubilis D. *Floribus capitatis* - - - Ipomœa.
Polium T. *Floribus cymoſis* - - - - Teucrium.
Caſtanea T. *Floribus ſpicatis* - - - Fagus.
Fagopyrum T. *Fl. ſpicatis, Rd. fibroſa* - Polygonum.
Majorana T. *Floribus ſpic. rotundioribus* - Origanum.

GENERA FICTA ex facie rejicienda ſunt omnia, niſi ſimul fructificationis principio inædificata; e. gr.

Malus T. *Facie propria* itaque non Pyrus
Cydonia T. *Facie propria* - - - - Pyrus
Armeniaca T. *Facie propria* - - - Prunus
Ceraſus T. *Facie propria* - - - - Prunus
Lauro-Ceraſus T. *Facie propria* - Prunus
Limon T. *Facie propria* - - - - Citrus
Napus T. *Facie propria* - - - - Braſſica
Abſinthium T. *Facie externa* - - - Artemiſia
Abrotanum T. *Facie externa* - - - Artemiſia
Bellidiaſtrum M. *Habitu proprio* - - Doronicum
Euphorbia T. *Habitu aphyllo* - - - Tithymalus T.
Uſnea D. *Habitu capillari* - - - - Lichen
Coralloides D. *Habitu caulescente* - - Lichen
Clavaria V. *Habitu non ramoſo* - - Coralloides T.
Tuber T. *Subſtantia ſolidiore* - - Lycoperdon T.

Fungoides M. *ſubſtantia utrinque lævi* -	Elvela
Lycoperdoides M. *ſubſtantia cellulari* -	Lycoperdon
Amanita D. *pileo ſtipitato* - - - -	Agaricus
Phallus M. *ſtipite baſi volvato* - - -	Boletus M.
Phalloboletus M. *pileo lateribus libero* -	Boletus M.
Polyporus M. *poris non diſtinguendis* -	Boletus L.
Erinaceus M. *aculeis denſis* - - - -	Ulex
Thyſſelinum T. *ſucco lacteo* - - -	Selinum
Moly B. *odore ſuavi* - - -	Allium
Acetoſa T. *ſapore acido* - - - -	Lapathum T.
Colocynthis T. *fructu amaro* - - -	Anguria T.

165. Quæcunque vegetabilia in fructificationis partibus (86) conveniunt, non ſunt, ceteris paribus (162), in Diſpoſitione Theoretica (152) diſtinguenda.

Geſnerus invenit, *Cæſalpinus* introduxit, *Moriſonus* reſuſcitavit, *Tournefortius* enutrivit hoc ſummum in Botanices ſcientia inventum.

Rivinus: Quæcunque conveniunt flore & ſemine, eodem nomine deſignandæ ſunt; & vi oppoſitorum.

Knautius: Quæcunque plantæ ad eundem modum florent, & capſulas ſeminales producunt, illæ ad idem genus pertinent; & viciſſim e contrario.

166. Quæcunque vegetabilia in fructificationis partibus (86) differunt, obſervatis obſervandis (162), non ſunt combinanda.

Canon ex oppoſito antecedentis fluit.

167. NOTA CHARACTERISTICA (189) omnis erui debet a Numero, Figura, Proportione & Situ omnium partium Fructificationis (86) differentium (98-104).

Methodum, qua character omnis genericus conficiendus eſt, tradit.

Numerus non excedit 24 literas alphabeti.

Sint *Fructificationis* partes VII.

Calycis - -	7.
Corollæ - -	2.
Staminum - -	3.
Piſtilli - -	3.

Peri-

Pericarpii - - -	8.
Seminis - - -	4.
Receptaculi - - -	4.
Summa	38.

Partium omnium *Numerus*
Figura
Situs
Proportio

4.

ergo quater triginta octo: 152.

Mutetur modus fecundum partes 38, fit 5736.

adeoque sufficit fructificatio ad minimum generibus 5736, quæ nunquam existant.

Falso itaque adsumitur habitus (§. 163.), color, magnitudo, cotyledones & alia, exceptis datis.

Knautius ex modo florendi plura nova genera spuria fabricavit.

Sic falso *Psyllii* habitus.

Blattariæ glabrities.

Numulariæ modus florendi.

Daphnes Kn. modus florendi.

Craccæ modus florendi multiflorus.

Limonii T. Flores sparsi.

Inula ab *Aster* distincta genera ex colore *Vaill.*

Cactus, *Melocactus* monocotyledonis, *Opuntia* dicotyledonis.

Cupressus Europæa dicotyledonis, *Americanæ* pentacotyledonis.

168. Habitus (163) occulte consulendus est, ne genus erroneum lævi de caussa fingatur.

Experientia rerum magistra, primo intuitu ex facie externa, plantarum familias sæpius divinat.

Exempla confirmant regulam:

Isopyrum, Nigella, Helleborus, Caltha diversa.

Sambucus & Ebulus; Trifolium & Triphylloides conjungenda.

Primo intuitu distinguit sæpius exercitatus Botanicus plantas Africæ, Asiæ, Americæ Alpiumque, sed non facile diceret ipse, ex qua nota. Nescio, quæ facies *torva*, *sicca*, *obscura*

ra AFRIS; quæ *superba*, *exaltata* ASIATICIS; quæ *læta*, *glabra*, AMERICANIS; quæ *coarctata*, *indurata* ALPINIS?

Occulte consulendus est habitus, ne intret cohortem notarum characteristicarum & genera disterminet; Exemplis probatur *Boerhavii Ind. Lugduno-Batavi*; cum nullus ex facie descripta homines singulos nosse studeret.

Characteres habituales sufficientes quamvis non sint, tamen primo intuitu plantam sæpius manifestant; hi confici possent sequenti modo:

CARYOPHYLLEI, Ord. nat. 42.
Placentatio *dicotyledonis*.
Radicatio *fibrosa*.
Ramificatio *opposita*, *articulata*, *erecta*.
Intorsio *pistilli sinistra*.
Foliatio *obvoluta*, *lanceolata*, *indivisa*.
Stipulatio *nulla*.
Pubescentia *vix notabilis*.
Inflorescentia *dichotoma*.

VERTICILLATÆ, Ord. nat. 58.
Placentatio *dicotyledonis*.
Radicatio *fibrosa*.
Ramificatio *opposita*, *tetragona*.
Foliatio *obvoluta*, *simplex*.
Stipulatio *nulla*.
Pubescentia *subvillosa*.
Inflorescentia *verticillata*, *bracteata*.

ASPERIFOLIÆ Ord. nat. 43.
Placentatio *dicotyledonis*.
Radicatio *fibrosa*.
Ramificatio *alterna*.
Foliatio *convoluta*, *simplex*, *indivisa*.
Stipulatio *nulla*.
Pubescentia *scabra*.
Intorsio *spiralis spicæ recurvæ*.
Inflorescentia *lateri folia*.

UMBELLATÆ Ord. nat. 22.
Placentatio *dicotyledonis reducta*.
Radicatio *fusiformis*.
Ramificatio *alterna*, *teretiuscula*, *erecta*.
Foliatio *duplicata*, *supradecomposita*.
Stipulatio *nulla*, *vaginans petiolo*.

Pube-

Pubescentia *inermis.*
Inflorescentia *umbellata.*

LEGUMINOSÆ Ord nat. 55.
Placentatio *dicotyledonis immutata oblique inserta.*
Radicatio *fibrosa, subnodosa.*
Ramificatio *alterna.*
Foliatio *conduplicata s. convoluta, pinnata.*
Stipulatio *insignis.*
Pubescentia - - - -
Intorsio *cirrhosa.*
Inflorescentia *subspicata, secunda.*

SILIQUOSÆ Ord. nat. 57.
Radicatio *carnoso-fibrosa.*
Ramificatio *alterna.*
Foliatio *convoluta, sublyrata.*
Stipulatio *nulla.*
Pubescentia *inermis.*
Inflorescentia *corymbosa, terminalis, ebracteata.*

COLUMNIFERI Ord. nat. 34.
Placentatio *dicotyledonis, cordata, subplicata.*
Radicatio *fibrosa.*
Ramificatio *alterna.*
Foliatio *plicata, simplex.*
Stipulatio *angusta, patula.*
Pubescentia *subtomentosa.*
Inflorescentia, *axillaris, pedunculata.*

FILICES Ord. nat. 64.
Radicatio *fibrosa, fascicularis.*
Ramificatio *disticha.*
Intorsio *circinalis.*
Foliatio *circinalis, pinnata.*
Stipulatio *nulla.*
Pubescentia *strigosa.*
Inflorescentia *dorsalis, sessilis.*

169. Quæ (167) in uno genere ad Genus stabiliendum valent, minime idem in altero necessario præstant.

Scias Characterem non constituere Genus, sed Genus Characterem.
Characterem fluere e Genere, non Genus e Charactere.
Characterem non esse, ut Genus fiat, sed ut Genus noscatur.

Exempla demonſtrant hoc evidentiſſime:

CARICÆ Mas *monopetalus*, Femina *pentapetala* eſt.

JATROPHÆ flores Maſculi *monopetali*, Feminei *pentapetali*.

MYRICA altera *ſemine nudo*, altera *baccato*.

FRAXINUS alia *flore nudo*, alia *corollato*.

GERANIUM aliud *corolla regulari*, aliud *irregulari*.

LINUM aliud *pentapetalum*, aliud *tetrapetalum*.

ACONITUM aliud *tricapſulare*, aliud *quinquecapſulare*.

Controverſia inde Rivini cum Dillenio (§. 21).

Hæreſis inde ſumma Botanices, quæ genuit genera ſpuria innumera, in ſummum damnum Botanices.

TRIFOLIUM e. gr. aliud *monopetalum*, aliud *tetrapetalum*; aliud *monoſpermum*, aliud *polyſpermum*; urgent nonnulli Monopetalum & Polypetalum, Monoſpermum & Polyſpermum, ſub eodem genere militare non poſſe; ergo contra Naturam genera ſpuria condunt.

170. Raro obſervatur Genus, in qua pars (167) aliqua fructificationis non aberrat.

GENERA FICTA a ſpeciebus, aliqua parte fructificationis diverſis, plurima orta ſunt: e. gr.

Ariſarum T. *ſpatha cucullata* ergo non	Arum.
Aſteriſcus T. *cal. ſtellato folioſo* - - -	Buphthalmum.
Silybum V. *calycis ſpinis* - - - -	Carduus.
Moldavica T. *calyce gibbo bilabiato* - -	Dracocephalum.
Tithymaloides T. *calyce gibbo irregulari* -	Euphorbia.
Trionum L. *calyce inflato* - - - -	Hibiſcus.
Ficaria D. *calyce 3phyllo polypetalo* - -	Ranunculus.
Iva D. *calyce gibbo* - - - - - - -	Teucrium.
Lunularia M. *calyce comm. 4fido* - -	Marchantia.
Leucanthemum T. *calycis ſquamis anguſtis*	Chryſanthemum.
Cardiaca T. *calyce 5dentato* - - - -	Leonurus.
Paronychia T. *calycis foliis cucullatis* -	Herniaria.
Pſeudodictamnus T. *calycibus infundibulif.*	Marrubium.
Anemone-Ranunculus D. *corolla 5petala* -	Anemonoides.
Linaria T. *corolla caudata* - - - -	Antirrhinum.
Valerianoides V. *corolla caudata* - -	Valeriana.
Bromelia P. *corolla 3petala* - - -	Ananas.
Opuntia T. *corolla polypetala* - - -	Melocactus.
Glaucium T. *corolla roſacea* - - -	Chelidonium.
Polygonatum T. *corolla tubuloſa* - -	Lil. convallium.

Centau-

Centaurium minus T. *cor. infundibulif.* Gentiana.
Liliaſtrum T. *corolla hexapetala* - - Hemerocallis.
Borbonia P. *corolla pentaphylloidea* - - Laurus.
Benzoë B. *corolla octofida* - - - - - Laurus.
Auricula urſi T. *corolla hypocrateriformi* Primula.
Triphylloides T. *corolla monopetala* - Trifolium.
Oxycoccus T. *corolla tetrapetala* - - Vaccinium
Bonarota M. *corolla tubuloſa* - - - Veronica.
Zannonia P. *corolla tripetala* - - - Commelina.
Borraginoides B. *corolla infundibulif.* - Borrago.
Horminum T. *c. galea galeata, barba concava* Salvia.
Sclarea T. *c. galea falcata, barba concava* Salvia.
Phelypæa P. *corollæ galea bifida* - - Clandeſtina T.
Murucuja T. *Nectario indiviſo* - - Paſſiflora.
Sherardia V. *ſtamina 2* - - - - - - Verbena.
Stellaris D. *ſtamina non plana* - - - Ornithogalum.
Porrum T. *ſtamina trifida* - - - Allium.
Dodonæa P. *flore 3fido* - - - - - Ilex.
Hypociſtis T. *flore quadrifido* - - - Aſarum.
Radiola D. *flore quadrifido* - - - - Linum
Unifolium D. *flore quadrifido* - - - Convallaria.
Bernhardia A. *floribus dioicis* - - - Croton.
Petaſites T. *floribus faſciculatis* - - Tuſſilago.
Ananthocyclus V. *floribus floſculoſis* - - Cotula.
Ceratocephalus V. *floribus radiatis* - - Bidens.
Doria D. *floſculis radii variis* - - - Solidago.

Mitto genera Ruppiana non definita, Knautiana & aliorum, quibus ſuffecerit bene velle, e. gr.
Medium Campanulæ *fr. ſtoculari.*
Speculum Veneris Campanula *fr. ſiliquoſo.*
Cornucopioides Valerianæ *fl. irregulari.*
Limonioides Statices *fl. monopetalo.*
Viſcaria Silenes *fr. ſtoculari.*
Tetragonolobus Loti *fr. angulari.*

Ergo, niſi canon aſſumeretur, tot genera evaderent, quot ſpecies exiſtunt.

171 In plerisque Generibus nota aliqua Fructificationis ſingularis (105) obſervatur.

Denticuli Staminum in *Brunella*, *Torenia*, *Euphraſia*, *Alyſſo*, *Crambe.*

Stamen mutilatum: *Curcuma*, *Chelone*, *Bignonia*, *Martynia*.
Pori nectariferi in unguibus petalorum *Ranunculi*.
Rimæ clauſæ intra corollam *Hydrophylli*.
Nectaria tubuloſa, *Hellebori*, *Nigellæ*.
Hyoſcyamus capſulâ operculata, diſtinguitur a *Phyſalide*.
Pancratii ſtamina nectario inſerta, diverſa a *Narciſſo*.
Reſedæ nectarium laterale, corolla & piſtillo vario.
Campanulæ nectarium 5valve, capſula & corolla varia.
Iris ſtigma ſingulare, corollæ barba varia.

172. Si nota aliqua fructificationis ſingularis (105) vel ſui generis propria (171) in ſpeciebus non omnibus adſit, ne plura genera accumulentur cavendum.

Erica & *Andromeda* antea genere juncta fuere, ſed antheræ bicornes *Ericæ* propriæ.
Ranunculus adſumſit antea *Adonidem*, ſed *Adonis* caret poris nectariferis.
Aloë & *Agave* idem genus conſtituebant, ſed ſtamina in hac non receptaculo, at corollæ inſerta, utrumque genus diſtinguunt.

173. Si nota generi ſingularis (105) etiam in genere affini reperiatur, ne idem genus in plura, quam natura dictitat, ſeparetur, cavendum.

Sedum, *Sempervivum*, *Rhodiola*, *Craſſula*, *Tillea*, *Cotyledon* nectariis piſtilli baſi adhærentibus.
Epilobium, *Oenothera* calyce tubuloſo.
Meſpilus, *Cratægus*, *Sorbus* floris ſtructura.
Alnus, *Betula* floſculis tribus ſupra foliolum amenti.

174. Quo conſtantior pars aliqua fructificationis (167) eſt in pluribus ſpeciebus, eo etiam certiorem exhibet notam genericam.

Hypecoi Nectarium, non Siliqua conſtans eſt.
Convallariæ Bacca maculata, non corolla *Lilii convallii*, *Polygonati*, *Unifolii*.
Caſſiæ corolla, non ſiliqua.
Lobeliæ corolla, non fructus *Lobeliæ*, *Cardinalis*, *Rapuntii*, *Laurentiæ*.
Verbenæ calyx & corolla, non ſtamina & ſemina *Sherardiæ V.*

175. In

175. In aliis generibus hæc, in aliis alia pars fructificationis constantior observatur, nulla vero constantissima est.

Pericarpium diversum in congeneribus docet *Impatiens*, *Campanula*, *Primula*, *Papaver*, *Cistus*, *Fumaria*, *Arbutus*.
Calycem: *Nymphæa*, *Cornus*.
Corollam: *Vaccinia*, *Convallaria*, *Andromeda*, *Gentiana*, *Linum*.
Stamina: *Coriſpermum*, *Valeriana*.
Semina: *Ranunculus*, *Aliſma*.

176. Si Flores (87) conveniunt, Fructus (87) autem differunt, ceteris paribus, conjungenda sunt Genera.

Flores similes, fructus diversos in eodem genere existere docent *Cassia*, *Hedysarum*, *Sophora*, *Lavatera*, *Hibiscus*, *Mimosa*.

177. Figura (95) Floris (87) certior est quam Fructus (87); Proportio (96) partium autem maxime diversa, sed constantissima.

Flores certiorem esse fructu, patet plurimis exemplis:
Campanula, *Medium*, *Speculum veneris*.
Primula, *Auricula ursi*.
Antirrhinum, *Elatine*, *Asarina*.
Aliſma, *Damasonium*.
Hibiscus, *Malvaviscus*.
Cistus, *Helianthemum*.
Fumaria, *Corydalis*.
Arbutus, *Uva ursi*.
Clematis, *Viticella*.
Guilandina, *Zygophyllum*, *Papaver*.
Ranunculus, *Hesperis*, *Datura*.

178. *Numerus* (94) facilius aberrat quam *Figura* (95), proportione numeri tamen optime explicatur; *Flores* autem *numero* in eadem planta *diversi*, secundum primarium considerandi.

Flores numero diversi in eadem planta.
Rutæ flos 5, flores 4, confirmat *Pseudo-Ruta Micheli*.
Chrysosplenii 5, —— 4, —— —— *Saxifragæ*
Monotropæ 5, —— 4, —— —— *uniflora*.

Tetra-

Tetragoniæ 5, —— 4,
Euonymi 5, —— 4, —— —— *americana.*
Philadelphi 5, —— 4,
Adoxæ 4, —— 5.

ergo primarius determinat numerum naturalem.

Affinitates numeri fructificationis propriæ.

Floris X & VIII. *Stamina* in eadem: *Rutæ, Monotropæ.*
—— in diversis: *Vaccinii & Oxycocci T.*
—— —— —— *Stelleræ & Passerinæ Tr.*
—— —— —— *Sedi & Rhodiolæ* L.
—— —— —— *Arenariæ & Mærhingiæ.*

V & IV. *Corolla* in eadem: *Euonymus, Ruta,*
—— —— *Philadelphus, Monotropa.*
in diversa: *Linum & Radiola* D.
—— —— *Anagallis & Centunculus.*
Calyx in diversa: *Nymphæa lutea & alba.*
Stamina in eadem: *Euonymus.*
in diversa: *Mimosa* - - -

IV & III. *Flos* in eadem: *Asperula Rubeola* T.
in diversa: *Paris eur. & americana.*
Ilex & Dodonea Plum.

Fructus V & III. frequentissime proportionati.
Rutæ cum *Pegano.*
Euonymi —— *Celastro.*
Nigellæ —— *Garidella.*
Cistí T. —— *Helianthemo* T.
Aconiti —— *Anthora.*
Viscariæ —— *Silene.*

V & IV. *Rutæ, Euonymi, Philadelphi, Lini & Rhodiolæ.*

179. *Situs* (97) *partium* constantissimus est. *Receptaculi* (86) *situm* in ordinibus (161) magni fecit *Tournefortius* (64).

TOURNEFORTIUS calycem abire in fructum rectius intellexit, quam vere dixit; idem enim est ac germen vel supra elevatum vel infra perianthium detrusum, ut in *Saxifraga & Geo T.*

Situs partium rarissime in congeneribus mutatur.

Ambit

Ambit interne calycis parietes receptaculum in Icosandriis aliisque, unde corolla & filamenta calyci inseruntur in *Fragaria*, *Pyro*, *Oenothera*.

180. *Petalorum Regularitatem* nimiam fecit *Rivinus* (61).

Umbellatæ aliæ gaudent corollis regularibus, *aliæ* irregularibus.
Gerania Europæa corolla regulari, *Africana* irregulari.
Lycopsis & *Echium*, inter regulares *Asperifolias*, irregulari corollâ gaudent.

181. *Nectarium* (110) maximi fecit natura.

Nectarium ne nomine notum erat, antequam idem determinavimus.

Orchis, *Satyrium*.
Monotropa, *Fumaria*, *Viola*.
Malpighia, *Banisteria*.
Adenanthera, *Commelina*.
Laurus, *Helxine*.
Dictamnus.
Zygophyllum.
Swertia.
Lilium, *Fritillaria*.
Hydrophyllum.
Ranunculus.
Hermannia.
Berberis.
Staphylea.
Passiflora.
Narcissus, *Pancratium*.
Mirabilis.
Nerium.
Stapelia, *Asclepias*.
Dioscma.
Campanula, *Plumbago*.
Hyacinthus.
Rhododendrum.
Cheiranthus, *Sinapis*.
Kiggelaria, *Clutia*.
Aquilegia.
Nigella.
Aconitum.
Parnassia.
Epimedium.
Theobroma.
Reseda.
Grewia.
Helleborus, *Isopyrum*.
Tropæolum, *Impatiens*.

182. Stamina & Calyx, luxuriationibus minus obnoxia, petalis longe certiora sunt.

Corollæ

Corollæ figurâ diverſæ in eodem genere multæ ſunt:
Vaccinia, Pyrolæ, Andromedæ, Nicotianæ, Menyanthis, Primulæ, Veronicæ, Gentianæ, Hyacinthi, Scabioſæ, Narciſſi.
—— numero diverſæ in diſtincta ſpecie:
Ranunculus Pentapetalus, Polypetalus,
Helleborus Pentapetalus, Polypetalus.
Statice Pentapetala, Monopetala.
Fumaria Dipetala, Tetrapetala.
—— —— —— —— in eadem ſpecie.
Carica, Jatropha.

183. *Pericarpii ſtructura* (92) ab anteceſſoribus Botanicis trita, innumeris exemplis docuit ſe minus valere, quam ii crediderant.

GENERA FICTA fundamento fructus ſuperſtruuntur, nec habito reſpectu ſanæ theoriæ, plurima introducta ſunt. e. gr.

Clandeſtina T.	*Fructu elaſtico* non eſſet	Anbiatum T.
Trollius R.	*Fructu multicapſulari* - -	Helleborus.
Seſamoides T.	*Fructu multicapſulari* -	Reſeda.
Lycoperſicon T.	*Fructu multiloculari* -	Solanum.
Aſcyrum T.	*Fructu quinqueloculari* -	Hypericum.
Dortmanna R.	*Fructu biloculari* - -	Rapuntium T.
Helianthemum T.	*Fructu uniloculari* -	Ciſtus.
Androſæmum T.	*Fructu uniloculari* -	Hypericum.
Pavia B.	*Fructu uniloculari* - - -	Eſculus.
Aſarina T.	*Fructu mutivalvi* - - -	Antirrhinum.
Elatine D.	*Fructu latere dehiſcente* - -	Antirrhinum.
Nelumbo T.	*Fructu apice perforato* -	Nymphæa.
Raphaniſtrum T	*Fructu articulato* - -	Raphanus.
Cakile T.	*Fructu articulato* - - -	Bunias.
Ulmaria T.	*Fructu contorto* - - -	Filipendula.
Perſica T.	*Fructu ſucculento* - - -	Amygdalus.
Caſſia T.	*Fructu ſucculento* - - - -	Senna T.
Inga P.	*Fructu ſucculento* - - - -	Acacia T.
Malvaviſcus D.	*Fructu ſucculento* - -	Hibiſcus.
Lobelia P.	*Fructu drupaceo* - - -	Rapuntium T.
Pereſkia P.	*Fructu foliofo* - - - -	Cactus.
Sabina B	*Fructu verrucoſo* - - - -	Juniperus.
Bihai P.	*Fructu triſpermo* - - - -	Muſa.
Alaternus T.	*Fructu triſpermo* - - -	Rhamnus

Frangu-

Frangula T. *Fructu dispermo* - - - Rhamnus.
Dracunculus B. *Fructu monospermo* - - Hæmanthus.
Onobrychis T. *Fructu monosperma* - - Hedysarum.
Malvinda D. *Fructu non inflato* - - Abutilon T.
Cysticapnos B. *Fructu inflato* - - - Fumaria
Impatiens R. *Fructu attenuato* - - - Balsamina T.
Guazuma P. *Fructu reticulato* - - Cacao T.
Paliurus T. *Fructu clypeiformi* - - Rhamnus.
Alisma D. *Fructu non corniculato* - - Damasonium T.
Securidaca T. *Fructu gladiato* - - Coronilla.
Melo T. *Fructu ovato* - - Cucumis.
Melopepo T. *Fructu sulcato* - - - Cucurbita.
Rapistrum T. *Fructu non dehiscente* - Crambe.
Radicula T. *Fructu siliculoso* - - - Sisymbrium.
Blattaria T. *Fructu rotundiore* - - Verbascum.
Persea P. *Fructu undique baccato* - - Laurus.
Cururi P. *Fructu ad apicem seminifero* - Seriana P.
Bursa pastoris T. *Fructu non marginato* - Thlaspi.
Nasturtium T. *Fructu marginato* - - Lepidium.
Valerianella T. *Fructu non papposo* - Valeriana.
Anemonoides D. *Seminibus nudis* - - Anemone.
Eupatoriophalacrum V. *Seminibus nudis* - Verbesina.
Leontodontoides V. *Seminibus subnudis* Hyoseris.
Atractylis V. *Seminibus corona obsoleta* - Carthamus.
Carthamoides V. *Seminibus papposis* - Carthamus.
Zazintha T. *Seminibus papposis* - - Lapsana.
Alypum N. *Seminibus papposis* - - - Globularia.
Xeranthemoides V. *Pappo plumoso* - - Xeranthemum.
Asteropterus V. *Pappo plumoso* - - Aster.
Acarna V. *Pappo plumoso* - - - - Cnicus.
Achyrophorus V. *Pappo plumoso* - - Hypochæris.
Carlinoides V. *Pappo obsoleto* - - - Carlina.
Viticella D. *Seminibus caudatis* - - Clematis
Nymphoides T. *Seminibus arillosis* - Menyanthes.
Karatas P. *Seminibus non arillatis* - - Bromelia.
Tragopogonoides V. *Seminibus incurvis* Tragopogon.
Tinus T. *Seminibus pyriformibus* - - Viburnum.
Opulus T. *Seminibus cordatis* - - - Viburnum.
Persicaria T. *Seminibus triangularibus* Polygonum.
Emerus T. *Seminibus cylindricis* - - Coronilla.
Fœniculum T. *Seminibus crassis* - - Anethum.

Lens

Lens T. *Seminibus lentiformibus* - -	Cicer.
Pepo T. *Seminibus non emarginatis* -	Cucurbita.
Falcaria D. *Seminibus gracilibus* - -	Sium.
Cerinthoides B. *Seminibus 4 distinctis* -	Cerinthe.
Blæria H. *Seminibus echinatis* - - -	Sherardia V.

184. *Luxuriantes flores* (119), Eunuchi (150) & Mutilati (119), ut Monstra, calculos in generum constitutione non ferunt.

Pleni Flores, si characterem intrarent, plerisque plantis nullus numerus petalorum adsignari posset, & in plerisque characteribus Stamina excluderentur.

Mutilati (119) excludunt corollam, adeoque etiam in charactere e. gr. *Campanulæ*, *Ipomææ*, *Ruelliæ*, &c. §. 119. corolla excluderetur, contra naturam reliquarum specierum.

185. *Multiplicati* (120) & *Pleni* (121) flores a Perianthio & infima serie petalorum, uti *Proliferi* (122) a Prole, judicantur.

Flos plenus ad Genera referri nequit, cum monstrosus sit; fiet hic naturalis, si in solo macro seratur.

Perianthium in flore pleno non mutatur, hinc ad genus sæpius refertur flos plenus, secundum Methodos Calycinas; e gr. *Hepatica*, *Ranunculus*, *Alcea*.

Corollæ Polypetalæ infima Series numero constans permanet etiam in plenis, hinc numerus petalorum inde sæpius facillime eruitur, ut in *Papavere*, *Nigella*, *Rosa*.

186. CHARACTER est Definitio Generis; isque triplex datur: *Factitius* (188), *Essentialis* (187), & *Naturalis* (189).

Character genericus idem est ac *Definitio generis*.

HABITUALIS ab Habitu (§. 163.), quem adsumsere veteres, post detectam fructificationem (164) hodie per se exolevit in generibus.

187. ESSENTIALIS Character (186) notam Generi, cui applicatur, propriissimam (171) & singularem (105) subministrat.

ESSENTIALIS Character unica idea distinguit Genus a congeneribus sub eodem ordine naturali.

Exempla

Exempla Syſt. Natur. editio 6:ta plures habet, quod vide:

Nyctanthes, Circæa, Gratiola, Salvia; Olax; Iris, Melica; Leucadendron.

Plantago, Epimedium; Hydrophyllum, Mirabilis, Hyoſcyamus, Phyſalis.

Stapelia, Ceropegia, Æthuſa, Parnaſſia, Statice.

Galanthus, Narciſſus, Pancratium, Aſphodelus, Aloë, Hæmanthus.

Tropæolum; Laurus; Anacardium, Dictamnus, Zygophyllum.

Melia, Dianthus, Phytolacca; Bixa; Reſeda, Delphinium.

Aconitum, Nigella, Liriodendrum, Ovularia, Ranunculus, Helleborus.

Hyſſopus, Brunella, Scutellaria, Euphraſia, Torenia, Lathræa, Craniolaria.

Halleria, Acanthus; Crambe, Alyſſum: Hermannia, Pentapetes.

Hibiſcus; Polygala, Amorpha, Dalea, Pſoralia; Theobroma; Echinops, Inula, Centaurea, Corymbium, Jaſione, Impatiens; Siſyrinchium, Paſſiflora, Ariſtolochia, Helicteres, Arum, Zoſtera; Zizania, Liquidambar, Clutia.

Character eſſentialis quo brevior, eo etiam præſtantior eſt.

Facillima plantarum dignotio per characteres eſſentiales acquiritur.

188. FACTITIUS Character (186) Genus ab aliis Generibus, ejusdem tantum ordinis artificialis, diſtinguit.

FACTITIUS Character diſtinguit genera extra ordinem naturalem, ſive pauciores, ſive plures notas characteriſticas aſſumit.

Diagnoſis Characteris Naturalis eſt hæc, quod numquam valeat in ordine naturali genera diſtinguere; Characteres itaque, ſive eſſentiales ſive naturales, quæ nequeunt genera in ordine naturali ſufficienter diſtinguere, factitii dicendi ſunt

Rajus Characterem factitium definit, ſtatuendo *Notas generum characteriſticas non ſine neceſſitate multiplicandas eſſe, nec plures, quam quibus opus eſt, ad genus certo determinandum coacervandas.*

189. NATURALIS Character (186) notas omnes (92-113) genericas poſſibiles (167) allegat; adeoque Eſſentialem (187) & Factitium (188) includit.

Poſſibiles omnes notas adducit character naturalis, exceptis tamen iis, quas ſtructura naturaliſſima (93-97) ſubminiſtrat.

Ego primus hos characteres compoſui.

Includit in ſe omnes characteres poſſibiles; inſervit omni ſyſtemati; *Baſin* ſternit novis ſyſtematibus; immutatus perſiſtit, licet infinita genera nova detegerentur.

Corrigitur novis detectis Speciebus tantummodo, excluſione ſcilicet notarum ſuperfluarum. *Gen. pl. præf.* 20.

Prærogativa & *Uſus* Characteris naturalis colligitur ex *Gen. pl. præf.* 18.

190. Character *Factitius* (188) ſuccedaneus eſt; *Eſſentialis* (187) optimus, ſed vix ubique poſſibilis; *Naturalis* difficillime elaboratur; elaboratus autem Baſis (156) eſt omnium ſyſtematum (53), Generum (159) infallibilis Cuſtos, omnique Syſtemati (26-37) poſſibili & vero applicabilis.

FACTITIOS Characteres propoſuerunt illi, qui in methodo artificiali (162) notas adduxere, quibus genera, ſub eodem ordine diſpoſita, diſtingui potuere; ſic Rajus, Tournefortius, Rivinus & ante nos plerique.

ESSENTIALES Characteres ſunt ejusmodi, qui in ordine naturali valent diſtinguere genera maxime affinia una alterave nota; adeoque nequeunt non ejusmodi valere, etiam ubi genera affinia ſegregantur; quales plurimos adduxi in *Syſt. nat. edit. 6:ta.*

NATURALIS Character tradit omnes notas Characteriſticas poſſibiles, adeoque omnibus methodis inſervit, quamvis innumeræ indies detegerentur.

Genera mea Plantarum promunt Characteres naturales, adeoque inſerviunt omnium methodis, & fundamentum præbent & antiquis & novis.

191. *Naturalis Character* (189) ab omni Botanico (7) teneatur, oportet.

Si omnium generum characteres Eſſentiales detecti eſſent, facillima evaderet plantarum cognitio, & multi ſuo damno Characteres Naturales floccipenderent; at ſciant nullum, ſine notitia characteriſtica naturali, evaſurum ſolidum Botanicum;

cum; novis enim detectis generibus, deſtituto charactere naturali, Botanicus ſemper vacillabit. Qui credit ſe ſapere in Botanicis ex Eſſentiali Charactere, neglecto Naturali, is itaque fallit & fallitur; cum eſſentialis, novis detectis generibus, nequit non ſæpius fallax evadere.

Character naturalis generum plantarum fundamentum eſt, quo deſtitutus nullus de genere rite judicavit; adeoque abſolutum fundamentum cognitionis plantarum eſt & erit.

192. Character Naturalis (189) fructificationis notas omnes differentes (98) & ſingulares (105), per ſingulas ſuas ſpecies (157) convenientes (165), recenſebit; diſſentientes (166) vero ſileat.

Eſt opus infiniti laboris, antequam Characteres, ſecundum omnes ſpecies fuerint limitati.

Omnes partes fructificationis examinandæ, etiam quæ viſum eludunt, quamvis Microſcopium adhiberetur (quod tamen rariſſime adhibere neceſſe eſt), quum, ignota fructificatione, nulla de genere certitudo: qui velit *Acarum* farinæ vel ſcabiei noſſe, debet utique uti microſcopiis.

Rajus itaque (perperam): *Notæ obviæ ſint, manifeſtæ & cuilibet facile obſervabiles; Nam cum Methodi uſus præcipuus ſit rudes & Tyrones in Stirpium cognitionem compendio absque tædio & difficultate inducere, non oportet ejusmodi notas proponere, quæ adtentum & ſolicitum requirunt ſpectatorem, cuique ut microſcopium ſecum ferat, neceſſum ſit.*

193. Nullus character infallibilis eſt, antequam ſecundum omnes ſuas (139) ſpecies (157) directus eſt.

Botanicus conſummatiſſimus, isque ſolus, optimum conficit Naturalem Characterem; fiet enim conſenſu ſpecierum plurimarum; omnis enim ſpecies excludit notam aliquam ſuperfluam.

Fit character naturalis accuratiſſima deſcriptione fructificationis primæ ſpeciei; omnes reliquæ ſpecies generis conferantur cum primæ, excludendo notas diſſentientes omnes, tandem elaboratus evadat.

194. Inflorescentia (163) notam Characteriſticam non dabit.

Locus, quem occupat in Herba Fructificatio, characteriſtica nota non eſt, quamvis aliter viſum *Rajo*, *Rivino*, *Heuchero*,

Knautio, *Kramero* aliisque, sed Pestis Botanices, adeoque ut damnosissima repudiata a summis Botanicis Tournefortio, Vaillantio, aliis.

Modos vide ad Pedunculum §. 82 & 163.

Rajus, *Boerhaave*, *Riviniani*, aliique huic locum admittebant in charactere, ut eo arctius naturæ adhærerent, quam amisere citius.

195. Character nomen Genericum in frontispicio gerat.

Johrenius in *Hodego* ex Charactere Nomen concludit: e. gr. si flos hujusmodi erit hoc nomen. Non enim argumentamur a Charactere ad Nomen, sed judicamus Genus secundum nomen Genericum, cujus essentia comprehenditur Charactere.

196. Unaquæque Species Fructificationis (86) in Charactere naturali (189) novam ordiatur lineam.

Distincte ut omnia traduntur hoc fiet;
inde mox partem quæstionis reperio;
inde si quid deficiat mox observo.

197. Nomen partis fructificantis (86) lineam (196) differentibus literis inchoabit.

Differentes literæ, ut facilius perspiciatur character & evidentior evadat; contra autem factum ab antecessoribus omnibus.

198. Similitudinis notam (167), nisi dextra manu notiorem, Character (192) nullus assumat.

Omnis similitudo claudicat.

Similitudo a nobismet ipsis semper præsens est;
ab animalibus non omnibus constat;
ab artificialibus admodum mutatur.

Volsella T. Perianthio Urticæ - - *Chirurgo.*
Mitra polonica T. in Corolla Aconiti. *Historicis.*
Mitra episcopalis T. in Capsula Mitellæ *Theologis.*
Ossa hyoidea T. in Filamentis Salviæ *Anatomicis.*
Caput viperæ T. in Seminibus Anchusæ *Zoologis.*

199. Notas convenientes (192) terminis compendiose describat character.

Termi-

Terminos artis noſſe itaque primum Tyronis erit.

Gent. plant. præf. 25. Explodendi ſunt pompoſi & Eloquentiæ floſculi.

Oratorio ſtylo in charactere nil magis abominabile.

Termini artis faciunt, ut paucis ideas noſtras exponamus.

LINI *character oratorius* ſit exempli loco.

Extimum floris tegumentum viride, quod ante explicationem includit florem, eſt ad baſin in 5 partes æquales veluti ſectum, ita tamen ut unaquæque pars eſt longior quam lata, & verſus utramque extremitatem anguſtata, deſinentibus ſummis apicibus in acumen; cæterum hæ 5 partes perpendicularem ſitum ſervant, & ratione foliorum floris admodum breves ſunt: nec diffluunt cum florum foliis coloratis, ſed permanent ad fructus maturitatem. Intra hæc folia ſunt alia Folia etiam numero quinque, ſed tenera, colorata, etiam oblonga, ſed ſurſum magis magisque dilatata, fere uti infundibulum mechanicorum; ſunt etiam hæc longe majora quam exteriora viridia folia. Tum intra hæc quinque colorata magna folia floris ſequuntur numero 5 partes filiformes, ſuperne ſenſim attenuatæ in mucronem, quæ perpendiculares fere ſunt, nec longitudine excedunt extima foliola floris; harum ſummitatibus inſident totidem corpuſcula, ſimplicia, craſſiora, quæ ſpargunt farinam, & baſi fiſſa in 2 partes acutas. Hiſce partibus probe perſpectis in centro floris occurrit corpus, quod excreſcit in fructum, & ſub floreſcentia fere globi formam imitatur, cui ſuperimpoſita ſunt 5 fila vegetabilia, quæ ubique eandem ſervant craſſitiem, & perpendicularem ferme ſitum habent, eandemque obtinent longitudinem cum 5 partibus filiformibus mox deſcriptis; ſunt autem hæc apicibus non capitata aut incraſſata, ſed parum extrorſum flexa; peracta floreſcentia fit Fructus aridus, forma ferme globi, ſed obſolete 5 angulis notatus, & in ſummitate gerit mucronem; hunc fructum ſi transverſim diſſeces, videbis eundem interne in 10 concamerationes diviſum, & cum ſponte dehiſcat, ſe aperire in 5 partes æquales: intra quas 10 latuere ſemina figura ferme ovi, ſed magis longa, & altera extremitate acuminata, nec non parum compreſſa, ſuperficie quaſi polita & glabra.

Character idem *Lini*, lingua Botanicis uſitata, eadem omnia complectens.

CAL. *Perianthium* 5phyllum; *foliolis* erectis, lanceolatis, acutis, parvis, perſiſtentibus.

COR. infundibuliformis, 5petala: *Petalis* cuneiformibus, obtuſis, patulis, magnis.

STAM. *Filamenta* 5, ſubulata, erecta, longitudine calycis. Filamenta 5, alia, alterna, emarcida. *Antheræ* ſagittata.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* 5, erecti, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.

PER. *Capſula* ſubgloboſa, ſubpentagona, 5valvis, 10locularis.

SEM. ſolitaria, ovata, planiuſcula, acuminata, glaberrima.

200. TERMINI puri (81-85) eligendi, obſcuri & erronei non admittendi ſunt.

Gent. plant. præf. 26. Dubia potius omittenda, quam dubie defendenda.

Rajus meth. Notæ generum tam ſummorum, quam ſubalternorum claræ ſint, diſtinctæ & exacte definitæ, non obſcuræ & indeterminatæ, quarum ſignificatio, quousque extendatur, incertum eſt.

Mihi

MASCULUS Flos. *Sterilis* Tourn. *Paleaceus* Raj. *Abortiens* aliis.

APETALUS Tourn. *Imperfectus* Riv. Knaut. Pont. *Stamineus* Raj *Incompletus* Vaill.

PETALODES. Tourn. *Perfectus* Raj. Riv. Kram. Pont.

CALYCULATUS. *Completus* Vaill.

IRREGULARIS Riv. *Diſformis* Junz. Knaut. *Anomalus* Tourn.

RINGENS. *Labiatus* Tourn. *Barbatus* Riv. *Perſonatus* Tourn.

MULTIFIDUS. *Laciniatus* Tournef. *Monopetaloides* &c. aliis.

COMPOSITUS Tourn. Riv. *Conglobatus* Pont. *Aggregatus* Kn. *Capitatus* Raj.

PLANIPETALUS Raj. *Semiflosculoſus* Tourn. *Lingulatus* Pont. *Cichoraceus* Vaill.

RADIATUS Tournef. *Stellatus* Moriſ.

DISCUS Tournef. *Umbo* Moriſ.

ANTHERA. *Apex* Raj. Tournef. Riv. *Capſula ſtaminis* Malpigh.

RECEPTACULUM Pont. *Sedes* Raj. *Placenta*, Boerh. *Thalamus* Vaill.

AMENTUM Tourn. *Julus*, *Nucumentum*, *Catulus* aliis.

STROBILUS. *Conus* aliis.

DRUPA kyber. lex. 150. *Prunus* aliis. *Fructus mollis oſſiculo* Tournef.

GYMNOSPERMUS fructus. Herm. *Semina nuda* Riv.

ANGIO-

ANGIOSPERMUS fructus. Herm. *Semina Pericarpio* tecta Riv.
CLASSIS. *Ordo* Tournef. *Genus ſummum* Raj. Riv.
ORDO. *Sectio* Tourn. *Genus ſubalternum* Raj. Riv.

201. Termini (199) neceſſariis (200) plures excludendi, pauciores augendi ſunt.

Auxi Botanicen plurimis terminis §. 82. 83. 84. 85. 86. e. gr. Involucrum, Spatha, Corolla, Anthera, Pollen, Germen, Stigma, Legumen, Drupa, Cyma, Arillus, Stipula, Scapus, Bractea, Pedunculus, Glandula.

Termini præſervarunt Anatomiam, Matheſin, Chemiam ab idiotis; Medicinam autem eorum defectus conculcavit.

Uſus eorum eximius eſt in compendioſe loquendo, & rite cogitando, modo non deſtituantur adæquatis definitionibus.

Diſſepimentum valvis contrarium aut parallelum in Siliquoſis ſæpius adhibuit Tournefortius, quod intelligendum cum grano ſalis; *parallelum* dicitur, cum latitudine & diametro transverſali accedat ad valvulas; *contrarium* vero audit, ubi anguſtius eſt diſſepimentum quam valvulæ.

Papilionacea, corolla, ab inſecto dicta concipitur vulgo ut navicula, cujus

Carina excipit & includit ſtamina & piſtilla, conſtatque duobus petalis coadunatis.

Alæ autem carinæ lateribus utrinque adſtant ſolitariæ.

Vexillum alis & carinæ incumbit.

Ringens corolla monopetala irregularis eſt & limbo diviſa in duo labia.

Galea Riv. labium ſuperius eſt.

Barba vero labium inferius audit.

202. Character (192) in omnibus, licet diverſiſſimis Syſtematibus (54-77), immutabilis ſervetur.

Quamdiu ſummi Syſtematici novos introducebant characteres, novosque conceptus generis, tamdiu barbariei expoſita gemuit Botanices ſcientia tempore *Raji*, *Tournefortii*, *Rivini*, *Boerhavii*, *Knautii*, aliorum.

Nunc vero pacatis magis rebus, quamquam novæ methodi introductæ, nulla inde calamitas Botanices; ut patet ex ſcriptis *Gronovii*, *Royeni*, *Wachendorffii*, *Gmelini*, *Guettardi*, *Dalibardi* &c.

203. Genus (159) unica ſpecie (157) conſtare poteſt, licet plurimis ſæpius componatur.

Unica ſpecie conſtant plurima genera: ſic

Parnaſſia,	*Epimedium,*	*Hydrophyllum,*	*Butomus,*
Tamarindus,	*Cornucopiæ,*	*Diapenſia,*	*Coris,*
Lagœcia,	*Glorioſa,*	*Petiveria,*	*Anacardium,*
Penthorum,	*Neurada,*	*Garcinia,*	*Mentzelia,*
Heliocarpus,	*Calligonum,*	*Hepatica,*	*Trichoſtema,*
Orvala,	*Halleria,*	*Dodartia,*	*Craniolaria,*
Obolaria,	*Limoſella,*	*Anaſtatica,*	*Amorpha,*
Dalea,	*Corymbium,*	*Nepenthes,*	*Cynomorium.*
Hura,	*Valiſneria,*	*Humulus,*	*Arctopus.*

Plurimis ſpeciebus conſtant alia Genera, Botanicis in ſpecie commendanda.

Meſembryanth.	*Euphorbia,*	*Allium,*	*Aloë,*
Sedum,	*Geranium,*	*Erica,*	*Statice,*
Convolvulus,	*Campanula,*	*Solanum,*	*Gentiana,*
Saxifraga,	*Silene,*	*Potentilla,*	*Ranunculus,*
Mimoſa,	*Caſſia,*	*Linum,*	*Chenopodium,*
Antirrhinum,	*Hypericum,*	*Hibiſcus,*	*Eupatorium,*
Polygala,	*Phaſeolus,*	*Aſtragalus,*	*Hedyſarum,*
Aſter,	*Gnaphalium,*	*Centaurea,*	*Buphthalmum.*
Carex,	*Salix,*	*Ficus.*	

204. Quod valet de charactere generico, valet etiam de claſſico (160), licet in hoc latius ſumantur omnia

Generum genus eſt Ordo, ordinum autem genus Claſſis eſt.

Valent itaque hic canones dati §. 164 ad 202.

205. Claſſis (160) genere (159) magis arbitraria (162) eſt, utrisque magis Ordo (161).

Claſſis vocabulum in denominatione minus nocet, ſi aberret, quam Generis nomen.

Cave ne ſeduceris ab affinitate Generum cum Claſſibus & Ordinibus, ne ordines naturales ad Genera reducas, immo tandem & Claſſes.

a. *Malva, Althæa, Alcea, Lavatera, Urena, Hibiſcus.* ord 34
b. *Sedum, Sempervivum, Cotyledon, Craſſula, Tillea* ord. 46.
c. *Cactus, Meſembryanthemum, Aizoon, Tetragonia.* ord 46.
d. *Lychnis, Coronaria, Agroſtema, Silene, Dianthus, Saponaria, Ceraſtium, Spergula, Arenaria, Mœrhingia, Sagina.* ord. 42.

Sic

Sic ex Ordinibus *Columniferis*, *Stellatis*, *Umbellatis*, *Siliquosis*, *Verticillatis* fierent totidem genera, sed adeo vasta, ut babariem inducerent.

Orchideæ (ord. 4.) omnes in idem Genus confluerent, & *Scitamina* (ord. 3.) in alterum & hi demum in unum; *sic primum Casus Botanices*, & ruina ex proprio generum pondere.

206. Classes quo magis naturales, eo, ceteris paribus, præstantiores sunt.

Affines conveniunt habitu, nascendi modo, proprietatibus, viribus, usu.

Summorum Botanicorum hodiernus labor in his sudat, & desudare decet

Methodus Naturalis hinc ultimus finis Botanices est & erit.

Obicem Methodi naturalis objecere tria præprimis obstacula:

a. Neglectus *Habitus* plantarum, post excultam doctrinam fructificationis, præsertim foliationis novæ p. 105.

b. Defectus *Generum* Exterorum, nondum detectorum.

c. Affinitas Generum ab utraque parte:

Linnæa media est inter Stellatas 44, & Valerianam 18 & Loniceras 63.

Cornus connectit Stellatas 44, Aggregatas 18, Dumosas 19.

Juncus Calamarias 13, Gramina 14, Coronarias 9, sociat.

Dodecatheon Cortusam & Cyclamen conciliat.

Hyoscyamus calyce inflato H. upsal. 2. *Physali* affinis fit.

Hibiscus petiolis floriferis H. upsal. 1. *Turneræ* itidem petiolis floriferis adsociatur; sine cognitione Petioli fructificantis nemo indagaret Turneræ affinitatem cum Hibisco.

207. Classes & Ordines nimis longæ vel plures difficillimæ sunt.

Sexuali Methodo classis *Pentandriæ* & *Syngenesiæ* vastissimæ, adeoque in hoc Systemate, præ reliquis difficilius, in his distinguuntur Genera.

Ordo *Pentandriæ Monogynæ* ob copiam Generum difficilius distinguitur; ut aliorum Methodos intactas relinquam.

Boerhaave classes 33 habet; *Knautius* 8; ideoque prioris ordines erunt plures & breviores; posterioris autem pauciores, at vastissimi.

208. Ordo Genera inter se magis affinia proxime collocabit.

Raj. Meth. 5. Providendum est ne plantæ cognatæ separentur, dissimiles & alienæ consocientur.

Quæ difficilius distinguuntur, proprius collocentur.

Exempli loco sit Tetrandria monogynia, ubi Ordines Naturales *Stellatæ* 44. *Calycanthema* 40. *Aggregatæ* 18; hi naturales ordines, si possibile, distincte in ordine eodem tradendi, nec miscendi, quamquam aliter fieret facilior divisio.

recte.		male.	
18.	*Leucadendron.*	*Leucadendron*	18.
	Protea	*Asperula*	44.
	Cephalanthus	*Ludwigia*	40.
	Globularia	*Protea*	18.
	Dipsacus	*Sherardia*	44.
	Scabiosa	*Oldenlandia*	40.
	Knautia	*Cephalanthus*	18.
44.	*Asperula*	*Spermacoce*	44.
	Sherardia	*Isnarda*	40.
	Spermacoce	*Globularia*	18.
	Hedyotis	*Hedyotis*	44.
	Knoxia	*Ammannia*	40.
	Dioidia	*Dipsacus*	18.
	Crucianella	*Knoxia*	44.
40.	*Ludwigia*	*Scabiosa*	18.
	Oldenlandia	*Dioidia*	44.
	Isnarda	*Knautia*	18.
	Ammannia.	*Crucianella*	44.

Tournefortiam in Pentandria Monogynia ob Baccas lubenter separassem ab Asperifoliis, nisi repugnasset natura.

Quæ sub eodem ordine militant, non debent separari interjectis aliis generibus, quando ita affines sunt, ut vix limites admittant; Sic

Alsine	&	*Arenaria*
Primula	&	*Androsace*
Lysimachia	&	*Anagallis*
Lonicera	&	*Diervilla*
Convolvulus	&	*Ipomæa*
Chenopodium	&	*Beta*
Solanum	&	*Capsicum.*

209. Habi-

209. Habitui plantarum (163) adeo adhærere, ut rite adſumta Fructificationis principia (164) deponantur, eſt ſtultitiam ſapientiæ loco quærere.

Inflorescentia ſ. Situs Fructificationis in axilla, racemo, corymbo (unde characteres habituales §. 168) cauſſavit infinita Genera falſa, præſertim Knautio, Kramero ſimilibusque.

Facies plantarum Veterum lapis lydius, Recentiorum coticula, magni ab omni Botanico facienda eſt; ſed & in his modus adſit.

BIDENS (a) *folio non diſſecto. Tourn. Fl. ſuec. 664.* gerit fructificationem exacte generis Bidentis, at BIDENS (b.) *folio non diſſecto, flore aureis petalis undique radiato. Moriſ.* gerit fructificationem abſolute Coreopſidis; quum *a* careat radio, *b* vero inſtruatur radio ex petalis 8 ſterilibus, erit prior *a* Bidentis, *b* vero Coreopſidis generis. Sed dubium adhuc manet, numne planta radiata *b* ſit varietas non radiatæ *a*; quod ſi eſſet, uti veriſimile videtur, non licet has duas plantas ſeparare; nec conſultum ducerem genera Bidentis & Coreopſidis in unum commiſcere, ne limites generum tandem evaneſcant. Heic itaque facies & natura certat cum lege & arte.

Moriſonus (§. 55.) ſecutus naturæ filum, implicat ſuum ariadneum in Gordios ſolo gladio explicandos: ex. gr.

Claſſe 7	*Liliaceis* ſociantur	*Anemone, Dryas, Hydrocotyle.*
5	*Leguminoſis* -	*Oxalis, Fragaria, Epimedium.*
9	*Compoſitis* - -	*Eryngium, Bromelia, Cactus.*
58	*Verticillatis* -	*Aſperifoliæ omnes.*
11	*Graminibus* -	*Plantago.*

Diviſio in *Arbores* & *Herbas* videtur eſſe adeo naturalis ac in ſe fallaciſſima & lubrica (§. 78. 7.).

BOTANICA innititur fixis Generibus, cujus ita progreſſus hic fuit.

TOURNEFORTIUS primus characteres genericos ex lege artis condidit.

PLUMIERUS americanas plantas ad genera coëgit.

BOERHAAVIUS nonnulla genera addidit.

PETITUS pauciſſima adjecit.

PARISIENSES Academici *Marchant, Iſnard, Niſſole, Condamine* actis gallorum varia inſeruerunt.

VAILLAN-

VAILLANTIUS Botanices reformationem incepit.
JUSSIÆI Fratres novis acta pariſina ornarunt.
RUPPIUS & DILLENIUS, conjunctiſſimi ſocii, in Germania Botanicen reformare allaborarunt.
DILLENIUS, Anglus factus, plurima pulchra elaboravit.
PONTEDERA in Italia Botanicen expolire tentavit.
MICHELIUS Italicam Botanicam excoluit.
BUXBAUMIUS in Oriente pauca genera legit.
AMMANNUS in Rhuteno nonnulla confecit.
HOUSTONUS in americano itinere plurima indagavit, ſed periit.
HALLERUS Helvetiæ plantas ſolide examinavit.
GMELINUS Sibiriæ plantas, laborioſo itinere, primus ſcrutatus eſt.
MONTIUS rariſſimo genere nuper innotuit.
EGO examinavi hæc omnia genera ad leges artis, characteres reformavi, & tanquam nova condidi.
Gronovius, *Royenus*, *Burmannus* Plantas obtulere numeroſiſſimas, rariſſimas.

TOURNEFORTIANA.

Abies T.
Larix T.
Acanthus T.
Acer T.
Achillea V. *Ptarmica* T.
Millefolium T.
Aconitum T.
Actæa L. *Chriſtophoriana* T.
Adiantum T.
Adoxa L. *Moſchatellina* T.
Agrimonia T.
Agrimonoides T.
Ajuga L. *Bugula* T.
Alchemilla L. *Alchimilla* T.
Aliſma D. R.
Damaſonium T. V.
Allium T. H.
Moly B.
Cepa T.
Porrum T.
Scorodopraſum. *Mich.*
Aloë T.
Alnus T.
Alſine T.
Alyſſum T.
Alyſſoides T.
Veſicaria T.
Amaranthus T.
Amaryllis L. *Lilionarciſſus* T.
Ambroſia T.
Ammi T.
Ammioides B.
Amygdalus T.
Perſica T.
Anacardium L. *Acajou* T.
Anacyclus L. *Cotula* T.
Santalinoides V.
Anagallis T.
Anagyris T.
Anchuſa L. *Bugloſſum* T.
Andrachne L. *Telephioides* T.
Androſace T.
Aretia *Hall.*

Ane-

Anemone T.
Anemonoides D.
Anemone-Ranunculus. D.
Anethum T.
Fœniculum T.
Anthemis L. *Chamæmelum* T. V.
Anthericum L. *Phalangium* T.
Antirrhinum T.
Linaria T.
Asarina T.
Elatine D.
Anthyllis L. *Vulneraria* T.
Aphyllanthes T.
Apium T.
Apocynum T.
Aquilegia T.
Aralia T.
Arbutus T.
Uva ursi T.
Arctium L. *Lappa* T. V.
Argemone T.
Aristolochia T.
Artemisia T. V.
Abrotanum T.
Absinthium T. V.
Arum T.
Arisarum T.
Dracunculus T.
Colocasia B.
Aruncus L. *Barba capræ* T.
Arundo T.
Asarum T.
Hypocistis T.
Asclepias T.
Asparagus T.
Asperugo T.
Asphodelus T.
Asplenium L. *Lingua cervina* T.
Trichomanes T.
Aster T. V.
Asteropterus V.
Astragalus T.
Astrantia T.
Athamanta L. *Meum* T.
Atriplex T.
Atropa L. *Belladonna* T.
Avena T.
Axyris L. *Ceratoides?* T.

Ballota L. *Ballote* T.
Begonia T.
Bellis T. V.
Bellis Leucanthemum. *Mich.*
Berberis T.
Beta T.
Betonica T.
Betula T.
Bidens T.
Ceratocephalus V.
Bignonia T.
Biscutella L. *Thlaspidium* T.
Biserrula L. *Pelecinus* T.
Borrago T.
Borraginoides. B. *Cynoglossoides* I.
Brassica T.
Rapa T.
Napus T.
Bromelia Pl.
Ananas T.
Karatas Pl.
Pinguin *Dill.*
Brunella T.
Bryonia T.
Bunias L. *Erucago* T.
Kakile T.
Bunium L. *Bulbocastanum* T.
Buphthalmum T.
Asteriscus T. V.
Asteroides T. V.
Anthemis *Mich.*
Bupleurum T.

Buto-

Butomus T.
Buxus T.

Cachrys T.
Cactus L. *Melocactus* T.
Opuntia T. *Tuna* D.
Pereskia Pl.
Calendula Rp. *Caltha* T.
Dimorphotheca V.
Cardiſpermum *Trant.*
Calligonum L. *Polygonoides* T.
Caltha L. *Populago* T.
Campanula T.
Camphoroſma L. *Camphorata* T.
Canna L. *Cannocorus* T.
Cannabis T.
Capparis T.
Capſicum T.
Cardamine T.
Cardioſpermum L. *Corindum* T.
Carduus T. V.
Cirſium T. V.
Eriocephalus V.
Polyacantha V.
Silybum V.
Carex L. *Cyperoides* T. D.
Carex D.
Carica L. *Papaja* P.
Carlina T. V.
Carlinoides V.
Carpeſium L. *Conyzoides* T.
Carpinus T.
Carthamus T. V.
Atractylis V.
Carthamoides V.
Carum R. *Carvi* T.
Caryophyllus L. *Aromaticus* T.
Caryophyllodendron V.
Caſſia T.
Senna T.
Catananche V. *Catapance* T.

Caucalis T.
Celtis T.
Centaurea L. *Jacea* T. V.
Cyanus T. V.
Centaurium majus T. V.
Calcitrupa V
Raponticum V.
Raponticoides T. V.
Amberboi V.
Crocodilium V.
Crupina D.
Ceraſtium D. *Myoſotis* T.
Ceratonia L. *Siliqua* T.
Cerbera L.
Thevetia L. *Ahonai* T.
Cercis L. *Siliquaſtrum* T.
Cerinthe T.
Cerinthoides B.
Chærophyllum T.
Cheiranthus L *Leucojum* T.
Chelidonium T.
Glaucium T.
Chelone T.
Pentaſtemon *Mitch.?*
Chenepodium T.
Chondrilla T. V.
Chryſanthemum T.
Leucanthemum T. *Bellidioides* V.
Chryſoſplenium T.
Cicer T.
Lens T.
Cichorium T. V.
Circæa T.
Ciſtus T.
Helianthemum T.
Citrus L. *Citrum* T.
Aurantium T.
Limon T.
Clematis L. *Clematitis* T.
Viticella D.

Cleo-

Cleome L. *Sinapiſtrum* T.
Clinopodium T.
Clitoria D. *Ternatea* T.
Clypeola L. *Jon-Thlaſpi* T.
Cneorum L. *Chamælea* T.
Cnicus T. V.
Acarna V.
Cochlearia T.
Coronopus Rp.
Coix L. *Lacryma Job.* T.
Colchicum T.
Colutea T.
Conium L. *Cicuta* T.
Convallaria L. *Lilium convallium* T.
Polygonatum T.
Unifolium D.
Convolvulus T.
Conyza T.
Corchorus T.
Coriandrum T.
Coris T.
Cornus T.
Meſomora *Rudb.*
Virga ſanguinea D. *Oſſea* Rp.
Coronilla T.
Emerus T.
Securidaca T.
Corylus T.
Cotyledon T. B. D.
Crambe T.
Rapiſtrum T.
Cratægus T.
Crithmum T.
Crocus T.
Crotalaria T.
Croton L. *Ricinoides* T.
Crucianella L. *Rubeola* T.
Cucubalus T.
Cucumis T.
Colocynthis T.
Melo T.
Anguria T.
Cucurbita T.
Pepo T.
Melopepo T.
Cuminum T.
Cunila L. *Marrubiaſtrum* T.
Cupreſſus T.
Cuſcuta T.
Cyclamen T.
Cynara V. *Cinara* T.
Cynogloſſum T.
Omphalodes T.
Cyperus T.
Cypripedium L. *Calceolus* T.
Cytiſus T.

Daphne L. *Thymelæa* T.
Datiſca L. *Cannabina* T.
Datura R. *Stramonium* T.
Daucus T.
Delphinium T.
Dentaria T.
Dianthus L. *Caryophyllus* T. *Tunica* Rp.
Dictamnus L. *Fraxinella* T.
Diervilla T.
Digitalis T.
Dioſpyros L. M. *Guajacana* T.
Dipſacus T.
Dodartia T.
Doronicum T.
Bellidiaſtrum M.
Dorycnium T.
Dracocephalum T.
Moldavica T.
Droſera L. *Ros ſolis* T.

Echinophora T.
Echinops L. *Echinopus* T. V.
Echium T.

Elæagnus

Elæagnus T.
Elatine T. *Alsinastrum* T. V.
Potamopithys. Buxb.
Empetrum T.
Ephedra T.
Epilobium D. *Chamænerium* T.
Epimedium T.
Equisetum T.
Erica T.
Eriophorum L. *Linagrostis* T.
Ervum T.
Eryngium T.
Erysimum T.
Erythrina L. *Corallodendron* T.
Erythronium L. *Dens canis* T.
Esculus L. *Hippocastanum* T.
Pavia B.
Euonymus T.
Eupatorium T.
Euphorbia L. *Tithymalus* T.
Tithymaloides T.
Euphorbium *Isnard*.
Euphrasia T.
Odontites D.
Fagonia T.
Fagus T.
Castanea T.
Ferula T.
Ficus T.
Filipendula T.
Ulmaria T.
Fragaria T.
Fraxinus T.
Fritillaria T.
Corona imperialis T.
Lilio Fritillaria B.
Fucus T.
Fumaria T.
Capnoides T.
Cysticapnos B. *Corydalis* D.
Cucullaria J.

Galega T.
Galium L. *Gallium* T.
Aparine T. L.
Garidella T.
Genipa T.
Genista L. *Spartium* T.
Geniftella T.
Gentiana T.
Centaurium minus T.
Geranium T.
Geum L. *Caryophyllata* T.
Gladiolus T.
Glaux T.
Globularia T.
Alypum. Niss.
Glorioſa L. *Methonica* T. D.
Glycyrrhiza T.
Gnaphalium V.
Helichrysum V. *Elichrysum* T.
Helichrysoides V.
Filago T. V.
Gomphræna L. *Amaranthoides* T. *Caraxeron* V.
Gossypium L. *Xylon* T.
Gundelia T. *Hacub.* V.
Hæmanthus T.
Dracunculoides B.

Hedera T.
Hedysarum T.
Onobrychis T.
Alhagi T.
Helianthus L. *Corona Solis* T. V.
Heliotropium T.
Helleborus T.
Helxine L. *Fagopyrum* T.
Hemerocallis L. *Lilio Asphodelus* T.
Liliastrum T.

Hera-

Heracleum L. *Sphondylium* T.
Hermannia T.
Herniaria T.
Paronychia T.
Heſperis T.
Hibiſcus L. *Ketmia* T.
Trionum L.
Malvaviſcus D.
Hieracium T. V.
Piloſella T. V.
Hippocrepis L. *Ferrum equin.* T.
Hippophaës L. *Rhamnoides* T.
Hordeum T.
Humulus L. *Lupulus* T.
Hyacinthus T.
Muſcari T.
Hydrocharis L. *Morſus Ranæ* T. *Stratiotes* D. *Microleuconymphæa* B.
Hydrocotyle T.
Hydrophyllum T.
Hyoſcyamus T.
Hypecoum T.
Hypericum T.
Androſæmum T.
Aſcyrum T.
Hyſſopus T.

Jaſminum T.
Jatropha L. *Manihot.* T.
Bernhardia. *Houſt.*
Ilex L. *Aquifolium.*
Dodonea Pl.
Impatiens R. *Balſamina* T.
Imperatoria T.
Ipomœa L. *Quamoclit.* T.
Volubilis D.
Iris T.
Xiphium T.
Hermodactylus T.
Siſyrinchium T.
Iſatis T.
Juglans L. *Nux* T.
Juncus T.
Juniperus T.
Cedrus T.
Sabina B.

Kleinia L. *Cacalianthemum* D.
Cacalia T.
Porophyllum V.

Lactuca T. V.
Lagœcia L. *Cuminoides* T.
Lamium T.
Lapſana L. *Lampſana* V.
Hedypnois T.
Rhagadiolus T. V.
Zazintha T V.
Rhagadioides V.
Laſerpitium T.
Lathræa L. *Clandeſtina* T.
Anblatum T.
Phelypæa T.
Lathyrus T.
Clymenum T.
Aphaca T.
Niſſolia T.
Lavandula T.
Stœchas T.
Lavatera T. D.
Laurus T.
Borbonia P.
Perſea P.
Benzoë B.
Leontice L. *Leontopetalum* T.
Leontodon L. *Dens leonis* T. V.
Taraxaconoides V.
Leonurus T.
Cardiaca T.
Lepidium T.
Naſturtium T.

Leucojum *Rupp.* *Narciſſo-Leucojum* T.
Lichen T. *Lichenoides* D.
Coralloides D.
Uſnea D
Ligusticum T.
Cicutaria T.
Liguſtrum T.
Lilium T. *Lirium* Roy.
Linum T.
Radiola D. *Chamælinum* V. *Linocarpon* Mich.
Lithoſpermum T.
Lobelia P.
Rapuntium T
Dortmanna *Rudb.*
Laurentia *Mich.*
Lonicera R
Caprifolium T.
Periclymenum T.
Chamæceraſus T.
Xyloſteum T.
Trioſteoſpermum D.
Symphoricarpos D.
Lotus T.
Lunaria T.
Lupinus T.
Lychnis T.
Lycoperdum T. *Boviſta* D.
Lycoperdioides M.
Lycoperdaſtrum M.
Geaſter M.
Tuber T.
Lycopodium T D.
Lycopodioides D.
Selago D.
Selaginoides D.
Lycopſis L. *Echioides* T. D.
Lycopus T.
Lyſimachia T.
Lythrum L. *Salicaria* T.
Malope L. *Malacoides* T.
Malva T.
Althæa T.
Alcea T.
Mandragora T.
Marrubium T.
Pſeudodictamnus T.
Matricaria T. V.
Medicago T.
Medica T.
Melampyrum T.
Melia L. *Azedarach.* T.
Melianthus T.
Meliſſa T.
Calamintha T.
Meniſpermum T. D.
Mentha T.
Pulegium R.
Menyanthes T.
Nymphoides T.
Mercurialis T.
Meſembryanthemum D. *Ficoides* T.
Meſpilus T
Micropus L. *Gnaphaloides* T.
Mimoſa T.
Acacia T.
Inga P.
Mirabilis R. *Jalapa* T.
Mitella T.
Moluccella L. *Molucca* T.
Momordica T.
Luffa I. D.
Elaterium B.
Monotropa L. *Orobanchoides* T. *Hypopithys* D.
Morina T. *Diotheca* V.
Morus T.
Myagrum T.
Myrica L. *Gale* T. D.

Myrtus

Myrtus T.
Narciſſus T.
Neottia L. *Nidus avis* T.
Corallorhiza *Rupp.*
Nicotiana T.
Nigella T.
Nymphæa T.
Nelumbo T.

Ocymum T.
Oenanthe T.
Oenothera L. *Onagra* T.
Olea T. V.
Ononis T.
Ophioglossum T.
Orchis T.
Limodorum T.
Origanum T.
Majorana T.
Ornithogalum T.
Stellaris D.
Ornithopus L. *Ornithopod.* T.
Orobanche T. *Aphyllon* Mitch.
Orobus T.
Oryza T. M.
Osmunda T.
Osteospermum L. *Chrysanthemoides* T.
Monilifera V.
Osyris L. *Casia* T.
Oxalis L. *Oxys* T.
Oxyoides *Garc.*

Pæonia T.
Papaver T.
Parietaria T.
Paris L. *Herba Paris* T.
Parnassia T.
Passiflora L. *Granadilla* T.
Murucuja T.
Pastinaca.
Pedicularis T.
Sceptrum Carolinum. *Rudb.*
Peganum L. *Harmala* T.
Periploca T.
Peucedanum T.
Phaca L. *Astragaloides* T.
Phaseolus T.
Phellandrium T.
Philadelphus L. *Syringa* T.
Phillyrea T. V.
Phlomis T.
Physalis L. *Alkekengi* T.
Phyteuma L. *Rapunculus* T.
Phytolacca T.
Pimpinella R. *Tragoselinum* T.
Pinguicula T.
Pinus T.
Pistacia L. *Terebinthus* T.
Lentiscus T.
Pisum T.
Plantago T.
Coronopus T.
Psyllium T.
Platanus T.
Plumbago T.
Plumeria T.
Podophyllum L. *Anapodophyllum* T.
Poinciana T.
Polemonium T.
Polygala T.
Penæa P. *Chamæbuxus* T.
Polygonum T.
Bistorta T.
Persicaria T.
Fagopyrum T. *Helxine* L.
Polypodium T.
Populus T.
Portulaca T.

Potamogeton T.
Potentilla L. *Pentaphylloides* T.
Quinquefolium T.
Primula L. *veris* T.
Auricula urſi T.
Prunus T.
Armeniaca T.
Ceraſus T. L.
Padus R. *Laurocerasus* T.
Pſidium L. *Guajava* T.
Pulmonaria T.
Palſatilla T.
Punica T.
Pyrola T.
Pyrus T.
Malus T.
Cydonia T.

Quercus T.
Ilex T.
Suber T.

Ranunculus T.
Ranunculoides V.
Ficaria D.
Raphanus T.
Raphaniſtrum T.
Reſeda T.
Luteola T.
Seſamoides T.
Rhamnus T.
Frangula T.
Alaternus T.
Paliurus T.
Ziziphus T.
Cerviſpina D.
Rheum L. *Rhabarbarum* T.
Rhinanthus L. *Elephas* T.
Criſta galli R. D.
Rhododendros. L. *Chamærrhodendros* T. *Memæcylon* M.
Rhus T.
Toxicodendron T.
Cotinus T.
Ribes T.
Groſſularia T.
Ribeſium D.
Ricinus T.
Robinia L. *Pſeudo-Acacia* T.
Roſa T.
Roſmarinus T.
Rubia T.
Rubus T.
Rumex L. *Lapathum* T.
Acetoſa T.
Ruſcus T.
Ruta T.
Pſeudo-Ruta *Mich.*
Salicornia T.
Salix T.
Salſola P. *Kali* T.
Salvia T.
Horminum T.
Sclarea T.
Sambucus T.
Samolus T.
Sanguiſorba R. *Pimpinella* T.
Sanicula T.
Santolina T. V.
Baccharis V.
Sapindus T.
Sarracena T.
Satureja T.
Thymbra T.
Saxifraga T.
Geum T.
Scabioſa T.
Scandix T.
Myrrhis T.
Schinus L. *Molle* T.
Scilla L. *Lilio-hyacinthus* T.
Haycinthus ſtellaris R.

Scir-

Scirpus T.
Scolymus T. V.
Scorpiurus L. *Scorpioides* T.
Scorzonera T.
Scorzoneroides V.
Scrophularia T.
Scutellaria R. *Caſſida* T.
Secale T.
Sedum T.
Anacampſeros T.
Selinum L. *Oreoſelinum* T.
Thyſſelinum T.
Senecio T.
Jacobæa T.
Sicyos L. *Sicyoides* T.
Bryonioides D.
Sida L. *Malvinda* D.
Abutilon T.
Sideritis T.
Sinapi T.
Siſymbrium T.
Radicula D.
Siſyrinchium L. *Bermudiana* T.
Sium T.
Siſarum T.
Falcaria D.
Smilax T.
Smyrnium T.
Solanum T.
Melongena T.
Lycoperſicon T.
Soldanella T.
Solidago V.
Virga aurea T. V.
Doria D.
Sonchus T.
Crepis V.
Sorbus T.
Sparganium T.
Spartium L. *Geniſta* T.
Cytiſo-Geniſta T.
Spinacia T.
Spiræa T.
Spongia T.
Stachys R. *Galeopſis* T.
Staphylæa L. *Staphylodendron* T.
Statice T.
Limonium T.
Styrax T.
Symphytum T.
Syringa R. *Lilac.* T.

Tagetes T. V.
Tamarindus T.
Tamarix L. *Tamariſcus* T.
Tamus L. *Tammus* T.
Tanacetum T.
Balſamita V.
Taxus T.
Telephium T.
Teucrium T.
Polium T.
Chamædrys T.
Chamæpithys T.
Iva D.
Thalictrum T.
Thapſia T.
Theligonum L. *Cynocrambe* T.
Theobroma L. *Cacao* T.
Guazuma P.
Thlapſi T.
Burſa paſtoris T.
Thya T.
Thymus T.
Acinos D.
Tilia T
Tordylium T.
Tormentilla T.
Trachelium T.
Tradeſcantia *Rup. Ephemerum* T.
Tragacantha T.

Tragopogon T.
Tragopogonoides T.
Trapa L. *Tribuloides* T.
Tribulus T.
Trifolium T.
Melilotus T.
Lupinaster *Buxb.*
Trifoliastrum *Mich.*
Triphylloides *Pont.*
Triglochin L. *Juncago* T.
Trigonella L. *Fœnum Græc.* T.
Triticum T.
Tropœolum L. *Cardamind.* T.
Tulipa T.
Turritis T.
Tussilago T V.
Petasites T. V.
Typha T.

Vaccinium R. *Vitis idæa* T.
Oxycoccos T.
Valantia T. *Cruciata* T.
Valeriana T.
Valerianella T.
Valerianoides V.
Veratrum T.
Verbascum T.
Blattaria T.
Verbena T.
Sherardia V.
Blæria H.
Kæmpfera H.
Veronica T.
Bonarota M. *Pæderota* L.
Viburnum T.
Tinus T.
Opulus T.
Vicia T.
Faba T.
Vinca L. *Pervinca* T.
Viola T.
Viscum T.
Vitex T.
Vitis T.
Ulex L. *Genista Spartium* T.
Erinaceus T.?
Ulmus T.
Urtica T.

Xanthium T.
Xeranthemum T. V.
Xeranthemoides V.

Zea L. *Mays.* T.
Zygophyllum L. *Fabago* T.

PLUMERII.

Achras L. *Sapota* P.
Alpinia L. *Alpina* P.
Annona L. *Guanabanus* P.
Arachis L. *Arachidna* P.
Arachidnoides *Niss.*
Ascyrum L. *Hypericoides* P.

Barleria P.
Bauhinia P.
Bellonia P.
Besleria P.
Bocconia P.
Bontia P.
Breynia P.
Brossæa? P.
Brunfelsia P.
Bucephalon? P.

Cæsalpinia P.
Calophyllum L. *Calaba* P. *Calophyllodendron* V.
Cameraria P.

Chryso-

Chryſobalanus L. *Icaco* P.
Chryſophyllum L. *Cainito* P.
Ciſſampelos L. *Caapeba* P.
Cluſia P.
Columnea P.
Commelina P.
Zannonia P.
Cordia P.
Cornutia P. *Agnanthus* V.
Crateva L. *Tapia* P.
Creſcentia L. *Cujete* P.
Cupania P.

Dalechampia? P.
Diſcorea P.
Dorſtenia P. H.
Duranta? L. *Caſtorea* P.

Epidendrum L. *Vanilla* P.

Feuillea L. *Nhandiroba* P.
Fuchſia? P.

Gerardia P.
Geſneria P.
Guajacum P.
Guidonia P.
Guilandina L. *Bonduc.* P.

Helicteres L. *Iſora* P.
Hernandia? P.
Hippocratea L. *Coa* P.
Hippomane L. *Mançanilla?* P.
Hymenæa? *Courbaril.* P.

Lantana L. *Camara* P. *Myrobatindum* V.
Loranthus V. *Lonicera* P.

Magnolia P.
Malpighia P.
Mammæa L. *Mammei* P.
Maranta P.
Maregravia P.
Matthiola? P.
Mentzelia P.
Morinda V. *Rojoc.* P.
Moriſona P.
Muntingia P.
Muſa P.
Bihai P.

Ochna L. *Jabotapita* P.
Oldenlandia P.
Ovieda L. *Valdia* P.

Parkinſonia P.
Paullinia L. *Seriana* P.
Cururu P.
Petiveria P.
Piper L. *Saururus* P.
Piſonia P. *Pentagonotheca* V.
Piſtia L. *Kodda pail* P.
Plinia P.
Pluknetia P.

Rajania L. *Jan-Raja* P.
Rauwolfia P.
Renealmia P.
Rheedea L. *van Rheedea* P.
Rhizophora L. *Mangles* P.
Rivina P. *Solanoides* T.
Rondeletia P.
Ruellia P.

Sloanea P.
Spigelia L. *Arapabaca* P.
Spondias L. *Monbin.* P.
Suriana P.

Tabernæmontana P.
Thalia? L. *Cortuſa* P.

Theophrasta L. *Eresia* P.
Tillandsia L. *Caraguata* P.
Tournefortia L. *Pittonia* P.
Tragia P.
Triumfetta P.
Turnera P.
Ximenia? P.
Xylon L. *Ceiba* P.

BOERHAAVII.

Acalypha L. *Ricinocarpus* B.
Blitum L. *Chenopodio-Morus* B. *Morocarpus* Rupp.
Chrysocoma D. *Coma aurea* B.
Clutia B.
Cortusa B.
Glechoma L. *Chamæcissus* B.
Glycine L. *Apios* B.
Hottonia B. *Stratiotes* V.
Knautia L. *Lychni-Scabiosa* B.
Leucadendron L. *Hypophyllocarpodendrum* B.
Lepidocarpodendrum B.
Phyllis L. *Bupleroides* B.
Protea L. *Conocarpodendron* B.
Scoparia L. *Samoloides* B.
Sesseli B.
Stratiotes L. *Aloides* B.
Tetragonia L. *Tetragonocarpus* B.

PETITI.

Acorus L. *Calamus aromaticus* P. M.
Calla L. *Provenzalia* P. *Anguina* Trew.
Isparda L. *Dantia* Petit.

PARISIENSIUM.

Aizoon L. *Ficoidea* Niss.
Celastrus L. *Euonymoides* Isn.
Cinchona L. *Quinquina* Condam.
Coriaria *Niss.*
Lycium L. *Jasminoides* Niss. D. M.
Marchantia *March.* Lupularia *Mich.*
Parthenium L. *Partheniastrum* Niss. D. *Hysterophorus* V.
Waltheria L. *Monospermalthæa* Isn.

VAILLANTII.

Andryala L. *Eriophorus* V.
Arctotis L. *Arctotheca* V.
Atractylis L. *Crocodyloides* V.
Boerhavia V. *Antanisophyllum* V.
Cephalanthus L. *Platanocephalus* V.
Celosia L. *Stachyarpagophora* V.
Chara V. *Hippuris* D. P.
Clavaria V. *Fungoides* D. *Coralloides* T. M.
Cotula V.
Ananthocyclus V. *Lanciſia* P.
Crepis L. *Hieracioides* V.
Elephantopus V. D.
Helenia L. *Heleniastrum* V.
Hyoseris L. *Taraxaconastr.* V. Leontodontoides V
Hypochæris V. Achyrophorus V.
Iva L. *Tarchonanthus* V.
Najas L. *Fluvialis* V. M.

Onopor-

Onopordum V
Othonna L. *Jacobæastrum* V.
Jacobæoides V.
Panax L. *Araliastrum* V. *Panacea* Mitch.
Picris L. *Helmintotheca* V.
Prenanthes V.
Sagittaria L. *Sagitta* V. D.
Sphæranthus V.
Verbesina P. *Ceratocephaloides* V.
Eupatoriophalacron V. D.
Utricularia L. *Lentibularia* V.
Zanichellia M. *Algoides* V. *Aponogeton* Pt. *Graminifolia* D.

JUSSIÆI.

Coffea L. *Coffe* J.
Corispermum J. *Rhagrostis* Buxb.
Neurada J.
Pilularia J.

RUPPII & DILLENII.

Adonis R. D.
Ægopodium L. *Podagraria* D.
Agaricus D.
Amanita D.
Aphanes L. *Percepier.* D.
Boletus D. *Suillus* M.
Polyporus M.
Bromus L. *Ægilops* D.
Bryum D.
Callitriche L. *Stellaria* D.
Centunculus D. *Anagallidiastrum* M.
Conferva D.
Corrigiola L. *Polygonifolia* D.
Draba D.
Erigeron L. *Conyzella* D.
Fontinalis D.
Galeopsis L. *Tetrahit* D.
Hepatica R. D.
Hippuris L. *Pinastella* D. *Limnopeuce* V.
Holosteum D.
Hydnum L. *Erinaceus* D.
Hypnum D.
Iberis R. D.
Illecebrum R. *Corrigiola* D.
Jungermannia R. M. *Lichenastrum* D.
Muscoides M.
Marsilea M.
Ledum R.
Lemna L. *Lenticula* D. M.
Hydrophace *Buxb.*
Limosella L. *Plantaginella* R. D.
Mnium D.
Montia M. *Cameraria* D.
Myosotis R. D.
Myosurus R. D.
Peplis L. *Portula* D. *Glaucoides* M.
Peziza D. *Cyathoides* M.
Phallus M. *Morchella* D.
Boletus M.
Phallo Boletus M.
Polytrichum D.
Sagina L. *Alsinella* D. *Spergula* R.
Scleranthus L. *Knawel* R. D.
Sempervivum R.
Serratula D.
Sherardia D.
Spergula D.
Sphagnum D.

Subularia *Raj.*
Trientalis R.
Ulva D.
Yucca D. *Cordyline.* Roy.

DILLENII.

Achyranthes L. *Achyracantha* D.
Anacampseros L. *Telephiastrum* D.
Crassula D.
Eriocephalus D.
Hoetes L. *Calamaria* D.
Melochia D
Pancratium D.
Patagonula L. *Patagonica* D.
Phlox L. *Lychnidea* D.
Porella L. *Poronia* D.
Sanguinaria D.
Sideroxylon D.
Silene L. *Viscago* D.
Spermacoce D.
Tetragonotheca D.
Urena D.

PONTEDERÆ.

Chamærops L. *Chamæriphes* P.
Galenia L. *Sherardia* P.
Ageratum L. *Carelia* P.
Anthospermum L. *Tournefortia* P.

MICHELII.

Andromeda L. *Polifolia* Buxb
Ledum M. *Chamædaphne* Bx.
Anthoceros M.
Blasia M.
Byssus M.
Aspergillus M.
Botryitis M.
Cenchrus L. *Panicastrella* M.
Cynomorium M.
Drypis M.
Elvela L. *Fungoides* D.
Fungoidaster M.
Eugenia M.
Frankenia L. *Franca* M.
Herminium L. *Monorchis* M.
Holcus L. *Sorghum* M.
Marsilea L. *Salvinia* M.
Mucor M.
Mucilago M.
Lycogala M.
Orvala L. *Papia* M.
Riccia M.
Ruppia L. *Bucca ferrea* M.
Tillæa M.
Tozzia M.
Trichosanthes L. *Anguina* M.
Valisneria M.

BUXBAUMII.

Ceratocarpus D.

AMMANNI.

Amethystea L. *Amethystina* A.H.
Cymbaria A.
Gmelina L. *Michelia* A.
Pentapetes L. *Pterospermadendron* A.
Siphonanthus L. *Siphonanthemum* A.

HOUSTO-

HOUSTONI.

Ammannia H.
Bannisteria H.
Budleja H.
Conocarpus L. *Rudbeckia* H.
Gronovia *Mart.*
Heliocarpus L. *Montia* H.
Lippia H.
Lœselia L. *Royenia* H.
Martynia H.
Milleria H.
Mitreola L. *Mitra* H.
Petrea H.
Pontederia L. *Michelia* H.
Randia? H.
Volkamaria L. *Duglassia* H.

HALLERI.

Cherleria H.

GMELINI.

Stelleria G.

MONTII.

Aldrovanda M.

NOSTRA.

EUROPÆ.	ASIÆ.	AMERICÆ.	AFRICÆ.
Acroſtichum.	Adenanthera R.	Acnida *Mitch.*	Achyronia.
Ægilops.	Æginetia.	Agave.	Anaſtatica.
Agroſtemma.	Æſchynomene.	Amorpha.	Antholyza.
Agroſtis.	Allophylus.	Arethuſa G.	Arctopus L. B.
Aira.	Amomum.	Bartſia.	Barreria.
Alcea.	Anabaſis.	*Stæbelina* H.	Blæria.
Alopecurus.	Antideſma B.	Bixa.	Bobartia.
Althæa.	Artedia.	Browallia.	Boraſſus.
Angelica.	Averrhoa.	Buchnera.	Borbonia.
Aniſum.	Avicennia.	Callicarpa.	Boſea.
Anthoxanthum.	Bartramia.	*Sphondylococc.* M.	Brabejum.
Arabis.	Baſella.	Capraria.	Brunia.
Arenaria.	Cambogia.	Catesbæa G.	Burmannia.
Aſperula.	Camellia.	Ceanothus.	Caryota.
Atragene.	Ceropegia.	Chionanthus.	Caſſine.
Atraphaxis.	Ciſſus.	Chryſogonum.	*Maurocenia.*
Azalea.	Clerodendrum B.	Citharexylon J.	Chironia.
Baccharis.	Coccus.	Claytonia.	Cliffortia.
Briza.	Coldenia.	Clethra G.	Corymbium.
Bubon.	Connarus.	Collinſonia.	Corypha.
Buſonia S.	Cornucopiæ.	Coreopſis.	Cynanchum.
Bulbocodium.	Coſtus.	Craniolaria.	Dioſma.
Celſia.	Crinum.	Dalea.	Dracontium.

Cicuta.

Cicuta.
Comarum.
Coronaria.
Creſſa.
Cynoſurus.
Dactylis R.
Diapenſia.
Dryas.
Elymus.
Ethuſa.
Feſtuca.
Galanthus.
Gypſophila.
Horminum.
Jaſione.
Inula L. *Helenium* V.
Iſchæmum.
Iſopyrum.
Lagurus.
Andropogon R.
Linnæa G.
Lolium.
Melica.
Melitis.
Milium.
Mœrhingia.
Mollugo.
Nardus.
Panicum.
Phalaris.
Phleum.
Poa.
Polycnemum.
Poterium.
Pteris.
Rhodiola.
Saponaria.
Satyrium.
Scheuchzeria.
Schœnus.
Curcuma.
Cynometra.
Delima.
Dillenia.
Dodonæa.
Eleæocarpus B.
Flagellaria.
Garcinia.
Hedyotis.
Hugonia
Jambolifera.
Indigophora.
Juſſiæa.
Ixora.
Kæmpfera.
Lawſonia.
Melaſtoma B.
Memecylon.
Meſua.
Michelia.
Microcus.
Mimuſops.
Muſſænda B.
Myriſtica.
Nama.
Nepenthes B.
Nyctanthes.
Olax.
Pavetta.
Phyllanthus.
Polianthes.
Pontederia.
Rumpfia.
Santalum.
Saururus, L.
Sigesbeckia.
Sophora.
Strychnus.
Thea.
Tomex.
Torenia.
Dianthera G.
Diodia G.
Eriocaulon G.
Gleditſia L.
Melilobus M.
Griſſea.
Hæmatoxylum.
Hamamelis G.
Trilopus M.
Hemionitis.
Heuchera.
Houſtonia G.
Hura.
Hydrangea G.
Itea G. *Diconangia.* M.
Limodorum R, G.
Liquidambar.
Liriodendrum.
Lonchitis.
Ludwigia.
Medeola.
Melampodium.
Melanthium.
Melothria L, M.
Mimulus. *Cynorrhinchium* M.
Monarda.
Napæa A. C.
Nyſſa.
Obolaria.
Onochlea. *Angiopteris* M.
Penthorum G.
Polypremum.
Symphorantus M.
Prinos G.
Proſerpinaca.
Trixis M.
Ptelea.
Eranthemum.
Exacum.
Gerbera.
Gethyllis.
Glycine.
Gnidia.
Lachnæa R.
Grewia.
Halleria.
Hebenſtretia.
Hirtella.
Ixia.
Kiggelaria.
Myrſine.
Paſſerina.
Pænæa.
Pharnaceum.
Philyca.
Phœnix.
Pſoralea.
Roella.
Royena.
Selago.
Seſamum.
Stapelia.
Stœbe.
Struthia.
Tarchonanthus.
Tetragonia.

Sibbal-

Sibbaldia.
Sison
Splachnum.
Swertia.
Thesium.
Vella.
Zostera.

Trewia.
Triopteris.
Vateria.
Uvaria.
Zannonia.

Rhexia.
Rudbeckia T.
Obeliscotheca V.
Saccharum.
Samyda.
Sauvagesia.
Schwalbea G.
Securidaca.
Silphium.
Stewartia. *Malacodendros* M.
Tetracera.
Toluifera.
Trichomanes.
Trichostema G.
Tridax.
Uniola.
Uvularia.
Xyris G.
Zizania.
Elymus M.
Zizophora.
Hedyosmos M.

VII. NOMI-

VII. NOMINA.

210. DENOMINATIO alterum (151) Botanices fundamentum, facta diſpoſitione (152), nomina primum imponat.

Nomina ſi neſcis, perit & cognitio rerum.

Unicum ubi genus, unicum erit nomen. §. 215.

Veterum nomina plerumque præſtantiſſima; Recentiorum pejora fuere.

Critica Botanica Denominationem genericam, ſpecificam & variantem rationibus & exemplis propoſuit; hinc de ea in præſenti paucis.

211. Nomina vera plantis imponere *Botanicis* (7) *genuinis* (26) tantum in poteſtate eſt.

Botanicus novit genera diſtincta, & nomina antea recepta.

Idiotæ impoſuere nomina abſurda.

RELIGIOSA.

Pater Noſter Cyperus
Bonus Henricus Chenopodium.
Noli me tangere Impatiens
Morſus Diaboli Scabioſa
Filius ante Patrem Tuſſilago
Herba Fumana Ciſtus
Mater herbarum Artemiſia
Surge & ambula Gentiana
Fuga Dæmonum Hypericum
Chriſti *oculus* Aſter
Palma Orchis
Spina Rhamnus
Lancea Lycopus
Mariæ *calceus* Cypripedium
Chlamys Alchemilla
Stragula Galium
Veneris *labrum* Dipſacus
Umbilicus Cotyledon
Calceus Cypripedium
Pecten Scandix
Jovis *Barba* Sempervivum.

NON SYSTEMATICI BOTANICI.

Bontiania Pt.
Aſclepias floribus Muſcas captat, hinc vocabulum *Myagrum* aptiſſime huic generi competeret.

Menyanthes ob florem lanatum aptius *Erianthus* aut *Laſianthus* dici poſſet eſſentiali nomine.

Sed abſtinendum ab hac innovatione, quæ nunquam ceſſaret, quin indies aptiora detegerentur in infinitum.

244. Nomina Generica, quamdiu Synonyma digna in promtu ſunt, nova non effigenda.

Novis

Novis e. c. detectis Generibus nova nomina aptiſſime conficiuntur & iisdem imponuntur.

Antiquum ſi dirimatur genus in plura, conſultum eſt nova non effingere nomina generica, quamdiu digna in phalange ſynonymorum ſpecierum ſuperſint.

245. Nomen genericum unius generis, niſi ſupervacaneum (215-217), in aliud transferri non debet, licet eidem aptius competeret.

Quis longo ævo recepta vocabula commutaret hodie cum Patrum?

Hyacinthus veterum eſt *Delphinium.*
Tribulus - - - *Fagonia.*
Opulus - - - - *Humulus.*

Botanici ſeculo XVI. inquirentes veterum vocabula, Botanicen fere perdidebant.

Notiſſima ſint genera A. B. C. D. ſecundum noſtra genera plantarum.

A. *Lithoſpermum.*
B. *Myoſotis.*
C. *Alſine.*
D. *Ceraſtium.*

Tournefortius genus B ſub A comprehendit, adeoque nomen B in D transtulit.

Ruppius diſtinxit genera A & B, & nomen Myoſotis T. revocavit a D ad B, & genus D ſub C reduxit.

Dillenius genus C ab D diſtinxit cum Tournefortio, nec D uniit cum C, uti Ruppius; Genera etiam A & B diſtincta cum Ruppio ſervabat, nec ut Tournefortius hæc A B miſcuit: adeoque nomen Myoſotis plantæ B conceſſit, novum autem (Ceraſtium) D impoſuit.

Tyro qui antea conjunxit vocabulum Myoſotis cum genere D, ex ſententia Tournefortii, nunc vero tenetur idem combinare cum B, ſecundum Ruppium, hæſitat ſemper, utrum hoc cum B aut D conjungat.

246. Si Genus receptum, ſecundum jus naturæ (162) & artis (164), in plura dirimi debet, tum nomen antea commune manebit vulgatiſſimæ & officinali plantæ.

CORNI genus ſupponatur dividi in tria:

A. Arbor floribus involucratis, umbellatis.

B. Herba floribus involucratis umbellatis.
C. Arbor floribus non involucratis cymosis.
Sic dicenda A. *Cornus*, B. *Mesomera*, C. *Ossea*, nec licet A dici Mesomoram aut Osseam.

247. Nomina generica (229) latinis literis pinguenda sunt.

αι	in æ	Ανδρόσαιμον	*Androsæmum.*
ει	- e	Ποταμογείτων	*Potamogeton.*
	- i	Αεί ζωον	*Aizoon.*
η	- a	Οθόννη	*Othonna.*
	- e	Νηπενθὴς	*Nepenthes.*
ο	- o	Ὄροβος	*Orobus.*
	- u	Ὑπήκοον	*Hypecoum* finale.
ου	- u	Ἄγχουσα	*Anchusa.*
οι	- oe	Φοίνιξ	*Phoenix.*
ω	- o	Σίσων	*Sison.*
θ	- th	Βούφθαλμον	*Buphthalmum.*
φ	- ph	Φιλαδέλφος	*Philadelphus.*
χ	- ch	Χαιρέφυλλον	*Chærophyllum.*
κ	- c	Ὤκυμον	*Ocimum.*
γχ	- nch	Ἄγχουσα	*Anchusa.*
γγ	- ng	Ηρύγγιον	*Eryngium.*
	- h	Αντίῤῥινον	*Antirrhinum.*

248. Terminatio & sonus nominum genericorum, quantum fieri possit, facilitanda sunt.

Insuetæ terminationes.
in e *Ballote.*
- i *Sinapi.*
Seseli.
Thlaspi.
- ois *Hedypnois.*
- t *Tetrahit.*
- n *Triglochin.*

Æquivoca.
Alpina Pl. Alpinia.
Phyllum Phyllis.
Meum T. Athamanta.

Perversa.
Anthoceros M. Ceranthus.
Caraxeron V.

249. Nomina generica sesquipedalia, enunciatu difficilia vel nauseabunda, fugienda sunt.

Sesqui-

- - - - - - - *Sesquipedalia verba*
Vel nocitura sono, guttur læsura loquentis.

Sesquipedalia mihi, quæ plures quam duodecim literas admisere:

17.	*Kalophyllodendron* V.	Calophyllum.
18.	*Titanoceratophyton* B.	Isis.
19.	*Leuconarcissolirion*	Galanthus.
21.	*Coriotragematodendros* Plk.	Myrica.
22.	*Hypophyllocarpodendron* B.	Protea.

Difficilia ex pluribus consonantibus conjunctis.

Acrochordodendros Pl.	Cephalanthus.
Stachyarpogophora V.	Achyranthes.
Orbitochortus Kn.	Fagonia.

Nauseosa, quæ nescio quod insueti produnt.

Caraxeron V.	Gomphæna.
Galeobdolon D.	Leonurus.
Myrobatindum V.	Morinda.

250. TERMINIS artis (199), loco nominum generi-corum abuti, inconsultum est.

Latina.		Græca.
Tuberosa H.	Polianthes.	*Polyanthes* Pt.
Graminifolia R.	Subularia.	*Phyllon.*
Spica Hk.	Lavandula.	*Hexapetala* Pk.
Siliqua T.	Ceratonia.	
Nux T.	Juglans.	
Odorata R.	Scandix.	

251. Nominum CLASSIUM (160) & ORDINUM (161), cum genericis par est ratio (204).

Leges Generis datas subeunt nomina Classium.

Propria: §. 213. 214. 217.
Verbo *unico*: §. 215. 221.
eodem: 216.
non *primitivo*: 220.
non *hybrido*: 223. 224. 225. 226. 227.
non *barbara*: 229.
non *æquivoco*: 230. 231.
non *contrario*: 232.
non a *viris*: 236.
non *sesquipedalia*: 249.
non *difficilia*: 248.

Cæsalpinus definitiones loco nominum classium usurpavit.
Tournefortius, *Rivinus* & antecessores nonnulla vocabula sæpius admittebant.

252. Nomina Classium & Ordinum e *Viribus*, *Radice*, *Herba* & *Habitu* petita, mala sunt.

Systematica vocabula debent esse essentialia ex fructificatione desumta.

Fragmenta methodi Naturalis ab accidentalibus nomina desumsere, utpote vicaria, quum absoluto systemate, necesse est, ut mutentur omnia ex lege futuri divisionis systematis.

Plantis dubii generis impositi semper erronea nomina, in *Oides* vel aliter diminutiva, quum planta debuit in Catalogo numerari, neque adhuc constaret de fructificatione; adeoque impossibile erat etiamnum verum nomen; sic lectores a solo erroneo vocabulo moniti, me de genere incerto, inquirerent attentius in fructificationem.

a Viribus.	Radice.	Foliis.	Habitu.
Cordialis	*Bulbosæ*	*Asperifoliæ*	*Verticillatæ*
Capillaris	*Tuberosæ*	*Succulentæ*	*Stellatæ*
	Fibrosæ		*Dorsiferæ.*
	Arbores		
	Frutices		

253. Nomina Classium & Ordinum notam essentialem (187) & *Characteristicam* (189) includant.

Ratio: quum Methodi plurimæ, mutabiles, modernæ.
quum nomina sint onera artis inevitabilia.
quum parata & promta omni momento erint nomina.

Recte:	Bene:	Male.
Calycifloræ.	*Siliquosæ.*	*Discoideæ.*
Papilionaceæ T.	*Leguminosæ.*	*Corymbiferæ.*
Cruciformes T.	*Multisiliquæ.*	
Difformes.		
Syngenistæ.		

254. Nomina Classium & Ordinum, a *plantæ* cujusdam nomine desumta, sub quo totam cohortem intellexere veteres, in genere exclusa, classibus naturalibus tantum inserenda.

Palma

Palma	2.	*Cucurbitaceæ*	45.
Filix	64.	*Caryophylæi*	42.
Muſcus	65.	*Heſperideæ*	45. Leucojiformes Kr.
Alga	66.	*Piperitæ*	1.
Fungus	67.		
Gramen	14.		
Lilium	10. Lirium *Roy.*		
Rhœas	30.		
Corydalis	28.		
Calamus	13.		
Orchis	4.		

Inſerenda Claſſibus & Ordinibus naturalibus, tantum ſunt ejusmodi plantarum vocabula, alias nunquam; alioquin, ut novæ Methodi non ceſſant, ita nec ceſſarent Botanici plantarum nomina generica excludere, claſſibusque artificialibus inſerere; hoc autem minus metuendum in Naturali, quæ unica eſt & erit.

255. Nomina claſſium & ordinum *unico* (215) vocabulo conſtabunt.

Radiati T. *Compoſiti ex irregularibus in ambitu, & regularibus in medio.* Riv.

Flore perfecto ſimplici, ſeminibus nudis ſolitariis, ſeu ad ſingulos flores ſingulis. Raj.

Pulchra ex uno vocabulo.

Campaniformes	*Monopetali*	*Monandria*
Infundibuliformes	*Dipetali*	*Diandria*
Perſonati	*Tripetali*	*Triandria*
Labiati	*Tetrapetali*	*Tetrandria*
Cruciformes	*Pentapetali* &c.	*Pentandria* &c.
Roſacei &c.		

Cavendum ne nimis longa, nimisque compoſita evadant hæc vocabula.

VIII. DIFFERENTIÆ.

256. Perfecte nominata eſt planta nomine *generico* & *ſpecifico* (212) inſtructa.

Botanices Tyro novit Claſſes, *Candidatus* omnia Genera, *Magiſter* plurimas ſpecies.

Quo plures Botanicus noverit ſpecies, eo etiam præſtantior eſt.

Cognitione ſpecierum innititur omnis ſolida eruditio Phyſica, Oeconomica, Medica; immo omnis vera cognitio humana.

Speciei notitia conſiſtit in nota eſſentiali, qua ſola ab omnibus congeneribus diſtinguitur.

Sine notitia Generis nulla certitudo ſpeciei.

Cæſalpinus: Ignorato genere nulla deſcriptio, quamvis adcurate tradita, certam demonſtrat, ſed plerumque fallit.

Differentia ſpecifica continet notas, quibus ſpecies a congeneribus differt.

Nomen ſpecificum autem continet Differentiæ notas eſſentiales.

Notæ in nomine ſpecifico ſint

non *lubricæ incertæ* aut *falſæ* §. 259-274. 281. 283.
ſed *firmæ*, *certæ*, *mechanicæ* §. 275-280. 257. 287.
quæ *caute*, *caſte*, *judicioſe* §. 284-305.

257. Nomen ſpecificum *legitimum* plantam ab *omnibus* congeneribus (159) diſtinguat; *Triviale* autem nomen legibus etiamnum caret.

Fundamentum eſt hic canon nominum ſpecificorum, quo neglecto, lubrica erunt omnia.

Nomina ſpecifica omnia, quæ plantam a congeneribus non diſtinguunt, falſa ſunt.

Nomina ſpecifica omnia, quæ plantam ab aliis, quam congeneribus diſtinguunt, falſa ſunt.

Nomen ſpecificum eſt itaque Differentia eſſentialis.

NOMINA TRIVIALIA forte admitti poſſunt modo, quo in *Pane ſtrecico* uſus ſum; conſtarent hæc

Vocabulo unico;
Vocabulo libere undequaque deſumto.

Ratione hac præcipue evicti, quod differentia ſæpe longa evadit, ut non ubique commode uſurpetur, & dein mutationi obnoxia, novis detectis ſpeciebus, eſt. e. gr.

PYRO-

PYROLA *irregula.*	PYROLA ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. *Fl. ſuec.* 330.
PYROLA *Halleriana.*	PYROLA floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis. *Fl. ſuec.* 331.
PYROLA *ſecunda.*	PYROLA racemis unilateralibus. *Fl. ſu.* 332.
PYROLA *umbellata.*	PYROLA floribus umbellatis *Fl. ſuec.* 333.
PYROLA *uniflora.*	PYROLA ſcapo unifloro *Fl. ſuec.* 334.

Sed nomina Trivialia in hoc opere ſeponimus, de differentia unice ſolliciti.

258. Nomen ſpecificum primo intuitu plantam ſuam manifeſtabit, cum differentiam (257) *ipſi plantæ inſcriptam* contineat.

Trivialia erant anteceſſorum & maxime Trivialia erant antiquiſſimorum Botanicorum nomina.

Character Naturalis ſpeciei eſt *Deſcriptio*; *Character* vero *Eſſentialis* ſpeciei eſt *Differentia.*

Primus incepi Nomina ſpecifica Eſſentialia condere, ante me nulla differentia digna exſtitit.

Agnovere hanc Methodum Botanici recentiores acutiſſimi *Royenus*, *Gronovius*, *Guettardus*, *Dalibardus* in omnibus, *Hallerus*, *Gmelinus*, *Burmannus* in plerisque.

Mea nomina ſpecifica e Deſcriptione extraxere Differentias; ex Differentiis ſelectiſſimum inveſtigarunt characterem eſſentialem, quo conſtant.

Excludendæ itaque ſunt, in nomine ſpecifico, notæ omnes accidentales, in planta ipſa non exiſtentes, aut non palpabiles, ex. gr. *Locus*, *Tempus*, *Duratio*, *Uſus.*

Erronea Nomina Specifica ſunt omnia ab idæarum ordine, aut hypotheſi deſumta.

Ordines idæarum.	*Hypotheſis.*
Tinus *prior.*	Hyoſcyamus *peculiaris.*
- - *alter.*	Meum *ſpurium.*
- - *tertius.*	Acorus *verus.*
	Campanula *pulchra.*

259. No-

259. Nomen ſpecificum a partibus plantarum *non variantibus* deſumi debet.

Varietates eſſe diſtinctas ſpecies, nullus ſanus facile dixerit in Regno Animali;

Vaccas albas, nigras, rubras, cinereas, variegatas.

Vaccas parvas & magnas, macres & pingues, læves & pilosas, nullus dixit totidem diverſas eſſe ſpecies.

Canes meliteos, fricatrices, maſtivos, grajos, lanatos, &c. eſſe ejusdem ſpeciei docuere Verrucæ, Vortices, Suturæ.

Species ex varietatibus apud anteceſſores multiplicarunt.

Metus confundendi diverſas;

Defectus Differentiarum eſſentialium;

Ignorantia continuatæ generationis ſpecierum; §. 79. 132.

Cognitio obſcura ſpeciei;

Anthophilorum rabies contagioſa;

Subtilitatis ſtudium &c.

Variantes maxime ſunt & raro conſtantes, *Color*, *Odor*, *Sapor*, *Hirſuties*, *Criſpatio*, *Impletio*, *Monſtroſitas.*

Patroni varietatum, qui varietates in Specierum numerum adoptarunt, fuere ante nos præcipue recentiſſimi: *Barrelier*, *Tournefortius*, *Boerhaavius*, *Pontedera*, *Michelius.*

Conſpurcavit magis Botanicen varietatum introductio, quam alia res ulla; confundebat hæc ita ſynonymiſtas, ut niſi brevi medela, actum fuiſſet de ſcientia.

Erroneæ differentiæ ſunt, quæ varietates loco ſpeciei tradunt:

TRIFOLIUM capitulis ſubrotundis, floſculis pedunculatis, leguminibus tetraſpermis, caule procumbente. *Hort. cliff. 375.*

Trifolium pratenſe album. *Banh. pin. 327.*

Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba & ſagittata macula notatis, ſiliquis tetraſpermis. *Mich. gen 26.*

2. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba & ſagittata macula notatis, corymbis florum magis ſparſis, pediculis longiſſimis inſidentibus, ſiliquis tetraſpermis.* Mich gen. 26. t 25. f 1.

3. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, foliis rotundioribus alba ſagittata & in acutum longius producta macula notatis, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 26. t. 25. f. 4.

4. Tri-

4. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, foliis oblongis obtuſioribus macula albicante ſuperna parte pyramidata, inferna cordis inſtar pulcre excavata, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 26.

5. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, folio ſubrotundo alba ſemilunata & in dorſo nonnihil excavata macula notato, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 26.

6. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, folio cordato, alba macula ejusdem formæ inſignito, ſiliqua tetraſperma.* Mich. gen. 26.

7. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, folio obtuſo duabus maculis albis inſignito, quarum ſuperior minor triangularis, inferior major cordata, ſiliqua tetraſperma.* Mich. gen. 27.

8. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum majus repens, foliis obtuſis & veluti cordatis non maculatis, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 27.

9. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum repens medium, foliis oblongis acutioribus macula lata ſagittata, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 27.

10. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum repens medium rotundifolium, macula alba ſagittata peranguſta, ſiliquis tetraſpermis.* Mich. gen. 27.

11. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum repens minus, folio ſubrotundo macula alba ſagittata minima.* Mich gen. 27.

12. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum repens minimum, foliis obtuſis non maculatis, ſiliquis tetraſpermis, ſuperna parte æqualibus, inferna veluti nodoſis, ſemine ſubluteo.* Mich. gen. 27. t. 25. f. 3.

13. Trifoliaſtrum *annuum corymbiferum album & procumbens, folio cordato ſubtus atro-vivente ſplendente, ſiliqua tetraſperma, inferne falcatim diſcriminata.* Mich. gen. 27. t. 25. f. 6.

14. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum non repens, humi ſtratum, alte radicatum, foliis ſubrotundis alba falcata macula vix notatis, floribus minoribus ſuave rubentibus, ſiliquis tetraſpermis ſuperna parte tantum marginatis, ſemine fuſco.* Mich. gen. 27.

15. Tri-

15. Trifoliaſtrum *pratenſe corymbiferum erectum annuum & præaltum, caule craſſiore & fiſtuloſo, folio longiore cordiformi, flore albo, ſiliqua incurva lata compreſſa ac diſperma* Mich. gen. 28. t. 25. f. 2.

16. Trifoliaſtrum *ſupinum corymbiferum annuum album majus, folio longiori obtuſo, ſiliqua incurva lata compreſſa ac diſperma.* Mich. gen. 28. t. 25. f. 5.

Exemplo horrendo ſapiant Botanici ne minima circumſtantia variet rem contra legem Naturæ, cui ſpecierum generationem commiſit Creator, non hominibus; impegit enim *Michelius* oculatiſſimus contra §. 262. foliis *rotundioribus, longioribus, acutioribus, obtuſioribus.* Caule *craſſiore.* Pedunculis *longiſſimis.* §. 260. caule *præalto.* §. 266. *Macula foliorum* colore & figura diverſa. Floribus *ſuave rubentibus.* Seminibus *fuſcis & ſubluteis.*

260. *Magnitudo* ſpecies non diſtinguit.

Magnitudo mutatur a *Loco, Solo, Climate;* mutatur a copia alimenti in plantis, non minus quam in animalibus.

Magnitudo, ſi varians ſit, nec mutans ſpeciem, nequit differentiam eſſentialem, nomini ſpecifico ſubminiſtrare.

Erronea Nom. Spec. ſunt omnia a magnitudine *Plantæ, Radicis Herbæ, Fructificationis.*

Polytrichum *maximum* Pluk. minus eſt quam Thalictrum *minimum.*

Plantago *major*, a nonnullis *media* cognominata. J. B.

a *Planta.*

Alſine *altiſſima*
- - *major*
- - *media*
- - *minor*
- - *minima*
- - *exigua.*

Sedum *majus*
- - *minus*
- - *parvum*
- - *minimum.*

Boletus *magnus.*

Galeopſis *procerior.*

Gramen *elatius.*

a *Foliis.*

Nicotiana *auguſtifolia.*
latifolia.

Fraxi-

Fraxinus *excelsior.*
Trachelium *giganteum.*
Jasminum *humile.*
Virga aurea *humilior.*
Salix *pumila.*
Betula *nana.*
Melampyrum *perpusillum.*

a Fructificatione.
Magnolia flore *ingenti.*
Aster flore *ingenti.*

261. Notæ *collatitiæ* cum aliis speciebus *diversi generis*, falsæ sunt.

Præsupposuerunt antecessores apud Tyronem empiricam cognitionem plerarumque plantarum Europæarum, tanquam ex idæis innatis, adeoque in arte Doctis scripsere, nos autem indoctos docere tantum studemus.

Lege artis mutuo noscatur planta ex nomine & nomen ex planta; utrumque ex proprio charactere; in illo scripto, in hac delineato; Tertius non admittatur.

Nomina præsupponentia alias plantas deduxere tandem homines in *vertiginem.*

Erronea Nom. Spec. proclamamus ea, quæ similitudinem alterius plantæ ex *Herba*, *Fructificatione*, *Habitu*, *græce* aut *latine* gerunt.

a Foliis

Jacobæa
Betonicæ folio.
Glasti folio.
Chrysanthemi folio.
Rosmarini folio.
Absinthii folio.
Hieracii folio.
Horminis folio.
Sonchi folio.
Dentis leonis folio.
Helenii folio.
Linonii folio.
Senecionis folio.

per Vertiginem.
Jacobæa *Hieracii* folio.
Hieracium *Blattariæ* folio.
Blattaria *Verbasci* folio.
Verbascum *Conyzæ* folio.
Conyza *Salviæ* folio.
Salvia *Horminis* folio.
Horminum *Betonicæ* folio.
Betonica *Scrophulariæ* folio.
Scrophularia *Melissæ* folio.
Melissa *Plantaginis* folio.
Plantago *Coronopi* folio.
Coronopus *Senecionis* folio.
Senecio *Jacobææ* folio.

ab Imaginatione.
Clinopodium *Origani* facie.
Ocymi facie.
Adonis *Buphthalmi* flore.

per Græcismum.
Acer *Platanoides.*
Brassica *Asparagoides.*

Cirsium

Cirsium *Hellebori nigr.* rad.

Carduus *Centauroides.*
Adonis *Helleboroides.*
Vicia *Lathyroides.*
Pseudo-Helleborus *Ranunculoides.*

262. Notæ *collatitiæ*, cum aliis speciebus *ejusdem generis*, malæ sunt.

Nomen specificum, nisi præsentibus omnibus congeneribus, solide non fabricatur, quum contineat notam, in congenerum nulla existentem;

Magistri est condere nomen, Tyronis ex eo nosse plantam.

Tyro nequit colligere species, sed nosse debet unam post alteram, quum simul nec nascantur, nec existant individui comites.

Erronea Nom. Specif. sunt, quæ præsupponunt alteram speciem notam.

Orchis flore *candidissimo* T.
Campanula *angustifolia, magno* flore, *minor* T.
Campanula, flore *minore, ramosior* Morif.

263. *Inventoris* vel alius cujuscunque *nomen* in Differentia non adhibeatur.

Plantarum manus sunt nomina: Dextra Genericum, Sinistra Specificum; manus plantarum oculatæ sunt, credunt ea solum, quæ vident; has porrigat Botanico Planta, si fides habenda rebus.

Nota sic planta promit Scientia omnia occulta; Historica, Synonyma, reliqua.

Erronea Nom. Specif. a viris dicta esse omnia statuimus, sive ea ab *Inventore*, seu a *Descriptore*, seu ab *Historia*, sive in *Memoriam* efficta sunt.

ab Inventore.

Trifolium *gastonium* Morif.

a Descriptore.

Gramen cyperoides *Bælii.* Lob.
Conyza tertia *Dioscoridis* C. B.
Conyza media *Matthioli* I. B.
Narcissus *Tradescantii* Rudb.

ab Historia.

Sideritis *Valerandi Dourez.* I. B.
Campanula a *Tossano Carolo* missa I. B.
Mimosa a Domino *Hermans*, excellentissimi Domini *Syen.* Breyn.

in Memoriam.

Chamæpithys flore plusquam eleganti, s. *Plusqueneti.* Pluk.
Eriocephalus *Bruniades* Pluk.
Amanita *Divi Georgii.* Dill.

264. *Locus*

264. *Locus* natalis ſpecies diſtinctas non tradit.

Locum non debere nomen ſpecificum intrare, multæ rationes ſuadent.

1. Nullus facile adiret Japoniam, Caput Bonæ Spei, Peruviam, ut noſcet plantam.
2. mutatur ſæpius Locus *Alpinæ* plantæ omnes ſummeque montanæ, extra alpes paludoſæ evadunt.
3. non unicus eſt locus ejusdem ſpeciei:
   Lapponia, Sibiria, Canada,
   Aſia, America easdem ſæpius alit.
4. Hortus Paradiſiacus coercet ſæpe ex toto orbe plantas.
5. Quis plantam ſibi porrectam absque loco non ſtuderet dignoſcere.
6. Botanicis in Herbario, Medicis in Pharmacopolio arridet noſce ſpecies.
7. Reſpectivus eſt locus ad nos, noſtramque cognitionem in Europa.

Planta ſine loco concipi nequit; accidentalis tamen eſt, licet proximus; mutabilis vero maxime, hinc nequit nomen ſpecificum intrare.

Erronea Nom. Specific. a Loco deſumta ſtatuimus omnia eſſe, ſive ea a *Solo*, ſive a *Regione*, ſive a *Frequentia* deſumta ſint.

a Solo.		*a Regione.*	
Valeriana	*ſylveſtris*	Sagittaria	*Europæa.*
	paluſtris	Acroſtichum	*Septentrionalium.*
	campeſtris	Calceol. mar.	*Lapponum* Rd.
	montana	Pentaphylloides	*Suecicum* Pluk.
	alpina	Bugula	*Suecica* Mor.
Mentha	*arvenis*	Acetoſa	*Moſcovitica* Mor.
	aquatica	Cochlearia	*Danica* C. B.
Alſine	*nemorum*	Cochlearia	*Batavica* Hr.
	pratenſis	Cochlearia	*Britannica* Dod.
	littoralis	Cochlearia	*Anglica.*
Vicia	*Segetum*	Cytiſus	*Germanicus.*
	Sepium	Pulmonaria	*Gallica.*
	Dumetorum	Tamariſcus	*Narbonenſis.*
Glaux	*maritima*	Iris	*Florentina.*
Sedum	*rupeſtre*	Salicornia	*Cretica.*
Muſcus amans	*uvida*	Aſter	*Atticus.*
Eryſimum juxta	*muros.*	Ranunculus	*Turcicus.*

a Frequentia.

Oenanthe *rara* R.
Clematis *peregrina* C.B.
Valeriana *hortenſis.*
Scabioſa *communior* J.B.
Hydrocotyle *vulgaris.*
Muſcus *vulgatiſſimus.*

Iris *Chalcedonica.*
Iris *Damaſcena.*
Lilium *Perſicum.*
Stoechas *Arabica.*
Fritillaria *Capitis Bonæ Spei.*
Virga aurea *Novæ Angliæ.*
Virga aurea *Marilandica.*
Filix *Braſilienſis.*

265. *Tempus* florendi vegetandique maxime fallax eſt differentia.

Tempus eſt accidentale plantæ, nec in planta exiſtens, ſed potius Planta in tempore; mutationi obnoxia ſunt tempora plantarum, nec partes earum conſtituentes.

Plukenetius cum coætaneis introduxere ex Indiis vaſtiſſimam plantarum meſſem, nec genere, nec ſpecie definitam; neſcio itaque an majori Botanices emolumento, an onere majore. Deſtruenda eſt domus fundamento infido inædificata, reædificanda ſolida; quidquid e veteri inſervit, aſſumenda, rejicienda vero reliqua, licet opus tarde faſtigium adtingeret; Sic etiam in nominibus ſpecificis, ut tandem firmo ſtet talo Scientia.

Erronea Nom. Specif. a *Tempore* deſumta judico, ſive ea ab *Anno*, ſ. a *Menſe*, ſ. ab *Hora* deſumta ſunt.

ab Anno.

Tulipa *præcox.*
Tulipa *ſerotina.*
Crocus *vernus.*
Geranium *æſtivale.*
Crocus *autumnalis.*
Aconitum *hyemale.*

a Menſe.

Roſa *omnium calendarum.*
Viola *Martia.*
Roſa *Majalis.*
Boletus *Julii menſis* D.
Boletus *Auguſti menſis* D.

ab Horis.

Lychnis *Noctiflora.*
Althæa *Horaria.*

266. *Color* in eadem ſpecie mire ludit, hinc in differentia nil valet.

Coloris inconſtantia in animalibus domeſticis præcipue elucet.

Colore in floribus nihil inconſtantius eſt; *Rubri* & *Cærulei* flores inter omnes facillime & ſæpiſſime in *album* transeunt. §. 313.

Flores

Flores *Mirabilis* & *Dianthi barbati* in eadem planta diverſo colore ferunt corollas.

Color maxime ſenſum ſubtiliſſimum attrahit & delectat.

Summa itaque oſcitantia facillime ad colores revocabant veteres, ſed nimium ne crede colori.

Anthophilorum ſtudium inde natum in opprobrium artis, ut mortalium nulli longius extra oleas vagari videntur; patet hoc ex *Tulipa*, *Pulſatilla*, *Ranunculo*, *Hyacintho*, *Primula*.

Tournefortius caſtra anthophilorum intrans, vidit, tanquam polyedro, in uno Hyacintho 63, & in unica Tulipa 93 ſpecies, quam re ipſa eſſent, plures.

Erronea Nom. Specif. a colore deſumta, ſtatuimus eſſe omnia, ſive hæc a *Flore*, ſ. a *Fructu*, ſ. a *Seminibus*, ſ. a *Radice*, ſ. a *Planta*, ſ. a *Foliis*, ſ. per *Imaginationem* deſumta.

Colorata folia dicuntur, cum alium aſſumant colorem, quam viridem.

Hæc variant maxime & ſæpius colorem peregrinum deponunt.

ALBO-MACULATA: *Cyclamen*, *Acetoſa* italica, *Ranunculus* repens, *Trifolium* album, *Amarantus* emarginatus.

NIGRO-MACULATA: *Ranunculus Ficaria*, *hederaceus*, *Arum*, *Galeobdolon* D. *Hypochœris*, *Perſicaria* ferrum equinum referens T. *Orchides*.

RUBRO-MACULATA: *Ranunculus* acris, *Nymphoides* folio maculis purpureis notato T. *Amarantus* tricolor.

TESSELLATA: *Satyrium*. Fl. ſuec. 732. *Cypripedium* Fl. ſuec. 736.

PUNCTATA SUBTUS: *Anagallis*, *Plantago* maritima Fl. ſuec. 127.

LINEA ALBA: *Arundo* indica cornut. *Phalaris* gramen pictum, & ſubtus *Empetrum*.

LIMBO ARGENTEO: *Ilex* T. *Buxus* T. *Caprifolium* T. *Glechoma* T.

a Flore.		*a Planta.*	
Primula veris	*luteo* flore,	Braſſica	*viridis*.
	rubro.	- - -	*rubra*.
	albo.	- - -	*alba*.
	ferrugineo.	Marrubium	*album*.
Auricula urſi fl.	*coccineo*.	- - -	*nigrum*.
	purpureo.	Hyoſcyamus	*niger*.
	violaceo.	Martagon	*cruentum*.
	variegato.		

a Fructu.

Melo fructu *luteo.*
Cucumis fructu *albo.*
Pepo fructu *variegato.*
Prunus fructu *atrocæruleo.*
Prunus fructu *flavo.*
Prunus fructu *cerei* coloris.

a Seminibus.

Papaver semine *albo.*
Papaver semine *nigro.*
Sinapi semine *rufo.*
Sinapi semine *luteo.*

a Radice.

Daucus radice *atro rubente.*
radice *aurantii coloris.*
radice *lutea.*

a Foliis.

Agrifolium fol. ex *luteo-varieg.*
- - - - fol. ex *albo varieg.*
- - - - fol. limbis & spinis *argenteis aureis.*

Ocymum maculatum.
Esula punctis croceis notata.
Malva foliis margine superius *micis sulphureis ad solem splendentibus* donata Morif.

ab Imaginatione.

Alypum f. Frutex *terribilis.*
Campanula *pulcra* I. B.
Filix scandens *perpulchra* Br.
Poinciana flore *pulcherrimo* T.
Filix saxatilis *elegantissima.*

267. *Odor* speciem nunquam clare distinguit.

Olfactus examinat tenuissima effluvia; obscurus maxime inter sensus; genera pauciffima nominat.

Variat omnium facillime odor, & diversus in diversis subjectis.

Quot corpora olida, totidem distinctos esse odores, etiam in eadem specie, patet ex canum indigatione heri in turba hominum.

Odores limites determinatos non admittunt, nec definiri possunt; adeoque inter characteres nostros vagos exulandi pro nota characteristica.

Erronea Nom. Specif merito proclamamus ea omnia, quæ pro differentia olfactum admittunt.

a Speciebus odoris.

Hypericum *hircinum.*
Melo *moschatus.*
Agrimonia *medio modo* odorata. M.
Arbor *merdam* olens.

a Tempore

Hesperis *noctu* olens.
Caryophyllus *inodorus.*

a Plantis aliis.

Ocymum *caryophyllatum* C. B.
citri odore.
anisi odore.
fœniculi odore.
melissæ odore.
cinnamomi odore.
rutæ odore.
styracis liqu. odore.

268. *Sapor* pro ratione manducantis sæpe variabilis est, hinc in differentia excludatur.

Ætates

Ætates diverſæ diverſe judicant de ſapidis.
Solum diverſum & clima mutat ſapores.
Cultura edulcorat *acida* & *acerba*.

CICHOREUM ſylveſtre amarum.
LACTUCA ſylveſtris viroſa.
ALLIUM in græcia fœtoris expers.
APIUM paluſtrè ingratum.
MALA in ſylvis acidiſſima.

Horæos fructus Pyri, Mali &c. tam numeroſa ſobole amplificavit, ars Pomaria, ut Pyra 172. Poma 200 diſtincta produxerit (Teſte Boerhaavio), quarum ſingulæ ſolent proprio nomine condecorari, ob ſingularem ſaporem.

Erronea Nom. Specif. a *ſapore* ludicra ſunt omnia, hinc in differentiis omnino excludenda judicamus.

a Planta.	*a Fructu.*
Apium *ingratius.*	Piſum cortice eduli.
dulce.	Pyrus fructu *ſaccharato* ore *deliqueſcente.*
Lactuca *opii ſucco viroſo.*	
mitis.	

269. *Vis* & *Uſus* Differentiam Botanico vanam ſubminiſtrant.

Species, ut noſcatur, debet methodo veterum experimentum fieri in anima vili.

Hippomanem ſi guſtes, videbis experimenta periculoſiſſima. *Arum ſummis labris deguſtantes mutos reddens.* Sloan.

Pharmacopœorum plantæ & nomina inter ſynonyma ſint: iſti non magis nomina præſcribant Botanicis, quam ipſi, ex Botanicis principiis, recedunt a ſuo uſu.

Anne ex uno genere *Convolvuli*, *Turbith*, *Mechoacanna*, *Scammonium* &c. Pharmacopœorum gratia conficienda, contra leges Creatoris, totidem genera.

Anne ex una eademque *Punica* plura genera plantarum condenda, ex Floribus *Balauſtium*, ex fructu *Granatum*, ex cortice fructus *Malacorium?* Sit mens Sana in Sano corpore.

Erronea Nom. Specif. pronunciamus eſſe omnia, quæ *vires* aut uſum in ſe comprehendunt, ſive ea ab officinis, ſive a ſalubritate, ſive a Diæta, ſive ab œconomicis, ſ. ab Hiſtoricis notam acceperunt.

a Pharmacopolio.

Agrimonia *officinarum* C. B.
Calamintha *officinarum Germaniæ* C. B.
Martagon *Alchimiſtarum* Lob.
Hieracium *uſuale* Rd.

a Vita.

Solanum *Lethale.*
Aconitum *Salutiferum.*

ab Oeconomicis.

Geniſta *ſcoparia.*
Rubia *tinctoria.*
Dipſacus *fullonum.*
Ricinoides, ex qua paratur *Tournefol* Gallorum T.

a Viribus.

Menyanthes *antiſcorbutica.*
Rhamnus *catharticus.*
Solanum *Somniferum.*
Solanum *furioſum.*

a Diæta.

Piſum cortice *eduli.*
Piſa, quæ ſimul cum *folliculis comeduntur* Volk.

ab Hiſtoria.

Punica, quæ *Malum Granatum* fert.
Canelliferæ arbor, *cortice ignobiliore*, cujus folium *Malabathrum* officinarum.

270. SEXUS nullibi ſpecies diverſas conſtituit umquam.

Intelligitur heic Sexus Dioicus maris & feminæ, non vero ſexus Monoicus, Hermaphroditus &c. ex. gr. in RUMICE, Species *Acetoſæ* mares & feminæ ſ Dioicæ ſunt; *Beta ſpinoſa* Androgyna ſeu Monoica; *Lapatha* Hermaphroditæ ſeu Monoclinæ. *Acetoſa alpina* digyna. Has notas inſervire pro Differentia ſpecifica nullus negavit.

Auctores plurimi J. B. Raj. Tournef. conſtituerunt ex ſexu maris & feminæ diverſas ſpecies, quas uti ſolo ſexu differentes, negamus eſſe ſpecie diſtinguendas.

e. gr. Urtica *Mas & Femina.*
Cannabis *Mas & Femina.*
Humulus *Mas & Femina.*

Erronee ob ſexum diſtinctum veteres diſtinxerunt ſpecies, ubi ſexus diverſus non fuit, ſed diverſiſſima planta, ex. gr.

Mas & Femina:

Anagallis	*Ciſtus*	*Orchis*
Ariſtolochia	*Cornus*	*Pæonia*
Abrotanum	*Criſta galli*	*Pulegium*
Abies	*Ferula*	*Quercus*
Amarantus	*Filix*	*Symphytum*
Balſamina	*Mandragora*	*Tilia*
Caltha	*Nicotiana*	*Veronica.*

271. MON-

271. MONSTROSI Flores (150) & Plantæ a Naturalibus originem omnes trahunt.

Flores Multiplicatos, Plenos & Proliferos diximus § 119. 120. 121. 122. esse monstrosos §. 150. & ortos a simplicibus.

Distinguimus Creatoris artificio distinctas species a Naturæ ludentis varietatibus.

Fiunt hæc monstra frequentissime a culturæ mangonio & nimio alimento.

Monstra animalium nullus pro distinctis speciebus unquam sumsit, ergo nec plantæ sumantur.

Demantur e Botanica Flores majores, multiplicati, pleni, proliferi, & exulabit numerosa Grex, quæ Botanicen diu oneravit.

272. PUBESCENTIA (136: VIII.) ludicra est differentia, cum cultura sæpius deponantur.

Spinas & *Hirsutiem* hic sub pubescentia intelligimus, quam plantæ sæpius exuunt a loco vel cultura.

Cultura facit ut miro modo mansuescant ferociſſima animalia, quod idem & in plantis evenire quotidie observamus.

Urus ferox fit *Taurus mitis.*

Canis sylvestris ferox fit *Canis mansuetus.*

Spinosæ arbores cultura sæpius deponunt Spinas in Hortis; & ex acerbo fructu mitem porrigunt. e. gr. *Pyrus*, *Citrus*, *Limon*, *Aurantium*, *Mespilus*, *Oxyacantha*, *Grossularia*, *Cynara.*

Cichorium sylvestre est foliis sinuatis dentatis asperis, sapore amaro ingrato.

sativum est foliis magis integris, levigatis, sapore grato.

HIRSUTIES loco & ætate facillime deponitur.

Fagus primo, e semine vel gemmis enata, hirsutissima; mox glabra evadit.

Heliocarpus tenella foliis tomentosis est, adulta vero glabris.

Triumfetta pusilla tomentosa est, adulta hispida.

Asperula odorata in sylvis villosa, in apricis scabra fit.

Persicaria amphibia in aquis glaberrima, in siccis scabra.

Thymus serpillum in campis glabra, in maritimis arenosis hirsuta.

Scabiosa succisa in apricis glabra, in sylvis subhirsuta.

Plantago Coronopus in humido foliis glabris integris, in sicco hirsutis dentatis.

Lilium Martagon in ſylvis hirſutum, in Hortis glaberrimum.

Alchemilla palmata in apricis exſuccis glabra flaveſcens, in ſpongioſis umbroſis viridis hirſuta.

CLIMA mitius facit plantas mitiores, uti durius easdem duriores reddit, & ſæpe quaſi pelle induit. Ad hirſutiem itaque & ſpinas non niſi ſumma neceſſitate cogente confugiendum eſt:

Pentaphylloides paluſtre rubrum, *craſſis & villoſis foliis*, ſuecicum & hibernicum. Pluk.

Bugula non crenata *tomentoſa* ſuecica. Pluk.

283. DURATIO ſæpe magis ad locum, quam ad plantam pertinet, in differentia itaque eam adhibere non arridet.

Calidæ Regiones, quæ æſtate perenni gaudent, plantas alunt toto anno vix perituras; hinc plurimæ in illis regionibus plantæ perennes & arboreſcentes evadunt, quæ apud nos annuæ ſunt, uti *Tropæolum*, *Beta*, *Majorana*, *Malva arborea* &c.

Frigidæ regiones e perennibus plantis annuas faciunt, uti *Mirabilem*, *Ricinum* &c.

A Duratione itaque, niſi manifeſtiſſima ſit, nulla differentia petenda.

174. MULTITUDO Herbæ ſæpe loco mutatur.

Caulis repens radiculas exſerendo plerumque ſeſe immenſe multiplicat.

Multiplicantur plantæ vel in ſolo, vel in radice, vel in caule, vel in foliis, vel in fructificatione.

Frequens & Vulgavis dicitur planta, quæ in ſolo apto ſponte & copioſe provenit.

Ceſpitoſa planta fit, cum multi caules ex eadem radice prodeunt; hoc minus conſtans, cum ceſpitoſa ceteroquin planta in ſolo macro unicum caulem difficile progerminare valet; e contra caulis verſus radicem truncatus, in planta, quæ unicum aſſolet producere, tum plurimos promit inſtar hydræ.

Faſciata dici ſolet planta, cum plures caules connaſcuntur, ut unus ex plurimis inſtar faſciæ evadat & compreſſus. Fit idem arte, ſi plures caules enaſcentes cogantur penetrare

coarcta-

coarctatum ſpatium, & parturiri tanquam ex anguſto utero; ſic ſæpe in *Ranunculo*, *Beta*, *Aſparago*, *Heſperide*, *Pinu*, *Celoſia*, *Tragopogone*, *Scorzonera*, *Cotula foetida*.

Beta *lato caule* C. B.
Amarantus *criſtatus*.

Plicata dicitur Planta, cum arbor vel ramus excreſcit minimis intertextis ramulis, tanquam Plica polonica ex pilis, ceu inſtar nidi Picæ, quod vulgus a malo genio ortum arbitratur; frequens apud nos in *Betula*, præſertim Norlandiæ, in *Carpino* Scaniæ, nec infrequens in *Pinu*.

Criſpa 83. 63. folia fiunt, cum foliorum peripheria augetur, ut circumcirca fluctuet quaſi undatus limbus.

Bullata folia fiunt ex rugoſis, cum diſcus (non ambitus) multiplicetur, ut inter rugas aſcendat ſubſtantia inſtar conorum, ſubtus concavorum: uti plurimæ *Salviæ*, *Ocymum*.

Flores multiplicatos, plenos, proliferos ex ſimplicibus oriri, ex antecedentibus (119-122. 150-271) patet.

Varietates loco ſpecierum ſunt variæ plantæ, quæ numero auctæ ſunt.

Ophioglоſſum lingua bifida. Barth.
Plantago ſpica bifida. Barth.

275. RADIX (81) differentiam realem ſæpe ſubminiſtrat, ad eam tamen, niſi omnes aliæ interclusæ ſint viæ, non confugiendum eſt.

Si alia ſuperſit conſtans nota ad radicem non confugiendum; non enim licet facile in hortis plantas eradicare; in Herbariis non facile transfertur radix; in vivis plantis oculis noſtris ſe ſubducit etiam radix.

Quo facilius dignoſcuntur plantæ, eo melius, ſed neceſſitati nulla lex poſita eſt.

Scillæ difficillime ab herba diſtinguuntur, a *Bulbo tunicato* aut *ſolido*, aut *ſquamoſo* facillime.

Orchides tuto non diſtinguuntur, niſi radices *fibroſæ*, *ſubrotundæ*, aut *teſticulatæ* in auxilium vocantur.

Fumariæ bulboſæ *radice cava* majores & minores.
radice non cava majores & minores,
ſunt tantum varietates, ut, monſtrat habitus totius

plantæ; huic etiam calyx vix oculis manifestus & bracteæ a reliquis diversæ.

276. TRUNCI (82) notæ differentias sæpe optimas edunt.

Caulis in multis plantis ita essentiales præbet differentias, ut eo demto, nulla certitudo speciei.

Caulis angulatus plures species distinguit, vix aliter distinguendas.

Hypericum Androsæmum Fl. suec. 626. caule tereti.

Hypericum perforatum Fl. suec. 625 caule ancipiti.

Hypericum Ascyron Fl. suec. 624. caule quadrangulari.

Convallaria Polygonatum vulgare Fl. suec. 247. *a.* caule ancipiti.

Convallaria Polygonatum maximum Fl. su. 247. *b.* caule tereti est.

hinc posterior *Convallaria foliis alternis, caule tereti pedunculis multifloris;* prior *Convallaria foliis alternis, caule ancipiti, pedunculis unifloris* dicenda est.

Hedysarum Fl. Zeyl. 286. caule triquetro notabilis.

Lupini species vix nisi per caulem, aliis simplicem, aliis compositum, distinguerentur.

Culmus quinquangularis & sexangularis est optima differentia *Eriocauli* Fl. Zeyl. 48. 49. 50

Scapus triqueter distinguit *Pyrolas* Fl suec. 337. 332. a reliquis.

Petioli alati s. latere utrinque membrana aucti pulchre distinguunt *Aurantium* a congeneribus & *Hedysarum* Fl. Zeyl. 286.

Pedunculi diphylli s. foliolis duobus oppositis instructi, iisque capitulo subjectis, eleganter *Gomphrenam* Fl. Zeyl. 115. determinant.

277. FOLIA (83) elegantissimas naturalissimas differentias exhibent.

Natura in nulla parte magis fuit polymorpha, quam in foliis, quorum itaque species numerosissimæ, studiose a Tyronibus addiscendæ.

Commendant se Folia pro differentia, quod speciosissima sint, quod species facie diversissimas efficiant, quod facillime differentias subministrant; hinc a foliis plurimas meas differentias in nominibus specificis mutuatus sum, uti patet conferenti *Hortum Clifortianum, Upsalienſem, Floras Suecicam, Lapponicam, Zeylanicam;* his adde *Gronovii Virginicam,*

ginicam, *Royeni Leydenſem*, *Guettardi Stampenſem*, *Dalibardi Pariſinam*.

Characteres foliorum dedimus in antecedentibus §. 83.

Rariora plurima occurrunt folia, quæ ſpecialia ſunt, adeoque nec ſub generali notione veniunt.

Cucullatum folium, cujus latera baſin verſus arcte connivent, ſuperne explicata. *Geranium afric.*

Glanduloſum quod glandulas inſidentes gerit.
in *ſerraturis*: *Salix*, *Perſica*.
in *dorſo*: *Urena*.

Aceroſa folia, formam aciculæ gerunt, ſubulata, & plerumque baſi articulatione ramo inſerta, uti *Coniferæ*.

Radicata folia, quæ Radiculas demittunt e ſubſtantia ipſius Folii.

Coadunata quæ invicem annectuntur, ut baſi concreſcant.

Decuſſata ex Oppoſitis (83: 112.) profluunt, ut ſi planta verticaliter inſpiciatur, folia quadrifariam vergunt.

Synonyma foliorum varia ſuperſedemus.

Inciſa ſ. *Diſſecta*, vide *Laciniata* p. 43. n. 28.

Umbilicata quibusdam, vide *Peltata* p. 48. n. 119.

Cuſpidata, vide *Acuminata* p. 44. n. 38., ſed acumine rigidiuſcula.

Aſpera, vide *Scabra* p. 45. n. 55.

Strigoſa, vide *Hiſpida* p. 45. n. 54.

Pubeſcentia, vide *Piloſa* p. 45. n. 53. ſed parum piloſa.

Incana, vide *Tomentoſa* p. 45. n. 51. Folia, quæ colorem glaucum habent & fere argenteum, quod ex ſuperficie ſingulari oritur.

Arrecta vide *Erecta* p. 49. n. 131.

Stricta vide *Recta*, ſed auget ſignificationem, ſc. rectiſſima.

Aſſurgentia arcuatim erecta ſ. primum declinata, verſus apices demum erecta.

Declinata, deorſum inflexa inſtar carinæ Naviculæ.

Intelliguntur varia folia per ſe ex foliorum datis characteribus.

Bina prout Terna, Quaterna p. 48. n. 111.

Enervia oppoſita *Nervoſis* p. 45. n. 67.

Avenia oppoſita *Venoſis* p. 45. n. 66.

Obver-

Obverſa ſ. *Verticalia*, quorum baſis anguſtior, ita ut baſis concipiatur ubi nunc apex: ex. gr.
Obverſe-ovata ſ. *Obverſe-cordata.*
Verticaliter ovata ſ. *Verticaliter cordata.*

Latina, quæ per ſe ex propria & uſitatiſſima lingua intelliguntur.
Trapeziformia, *Rhomboidea*, ex Mathematicis.
Perennia, *Biennia*, *Annua*, a duratione in planta.

278. FULCRA (84) & HYBERNACULA (85) communiter optimas differentias relinquunt.

Hiſce notis deſtitutus botanicus, vix ac ne vix quidem ſpecies facile & tuto determinabit, quod plurimis exemplis patet.
ACULEI in *Rubo*. SPINÆ in *Pruno* maxime notabiles ſunt.
BRACTEÆ in *Fumariæ*, *Hedyſaro indico*, *Dracocephalo*.
COMA conſtat bracteis, quæ caulem terminant magnitudine inſignes, ut in *Corona Imperiali*, *Lavendula*, *Salvia*.

GLANDULÆ in *Pado*, *Urena*, *Mimoſa*, *Caſſia* eſſentiales notas dant.
Serraturæ glanduloſæ ad baſin foliorum in *Heliocarpo*, *Salice*, *Amygdalo*.
Dorſum foliorum glanduloſum in *Pado*, *Urena*, *Paſſiflora*.
Aculei glanduloſi apice ſecernentes liquorem in *Bauhinia aculeata*.
Glandularum cognitione deſtitutus nunquam certo & tuto ſpecies diſtinguat in plurimis Generibus, præcipue in *Caſſia*, *Mimoſa*, aliisque.
Amygdalus a *Perſica* ſolis glandulis ſerraturarum diſtinguitur.
Urenæ ſpecies nullus determinabit, antequam foliorum glandulas examinavit.
Convolvuli calyce tuberculato ſpecies in plures derimerentur ob foliorum diverſam figuram, niſi Glandulæ conjungerent.
Monarda corollâ glandulis adſperſa, evidentiſſime diſtincta evadit a congeneribus.

STIPULÆ magni faciendæ ſunt in vaſtiſſimis Generibus, ubi dubium de Specie exiſtat.

Melian-

Melianthus alia ſtipulis ſolitariis, alia vero geminis diſtinguitur.

Caſſia ſtipulis reniformibus barbatis, Fl. Zeyl. 151. diſtinctiſſima evadit a congeneribus omnibus.

GEMMÆ in eodem Genere ſæpe diverſiſſimæ, uti conſtat ex Genere *Rhamni*, ubi *Cerviſpina*, *Alaternus*, *Paliurus*, *Frangula*, gemmis diverſæ ſunt.

Salicum familia ampliſſima & intricatiſſima ex Gemmarum ſtructura & Foliatione facillime & certiſſime diſtinguitur in ſpecies conſtantiſſimas.

BULBI diſtingunt optime & fere unice *Scillæ* Genus.

In axillis Foliorum reſidentes Bulbi *Dentariam*, *Lilium*, *Ornithogalum*, *Saxifragam*, & *Biſtortam*, ſingulari nota determinant.

279. INFLORESCENTIA (163: XI.) maxime realis eſt differentia.

Inflorescentia eſt modus, quo Pedunculus fructificationem promit (p. 112.), vel quoad ſtructuram, vel locum: hoc alii *Situm Fructificationis* dixere, & ex eo hariolantes, nova Genera formarunt.

Pulcherrima inter omnes differentias mihi ſemper viſa eſt Inflorentia, in plurimis generibus.

Spiræa aliæ fl. *duplicato - racemoſis*, aliæ fl. *corymboſis*, aliæ floribus *umbellatis*, ut demta hac nota nulla certitudo ſpeciei.

PEDUNCULUS, qui flores promit, eosdem varie porrigit.

Flaccidus eſt, cum ita debilis, ut a proprio floris pondere dependeat.

Cernuus cum apice incurvatur, ut flos verſus latus alterum vel terram nutet; nec poterit erectus attolli ob curvaturam ſtrictam pedunculi: uti in *Carpeſio*, *Bidente radiata*, *Carduo nutante*, *Scabioſa alpina*, *Heliantho annuo*, *Cnico ſibirico*.

Faſtigiati fiunt flores, cum petioli ita attollunt fructificationes in faſciculum, ut ſuperne æquales altitudine evadant, ac ſi horizontaliter detonſi eſſent: Exemplo *Dianthi*, *Silenes*.

Patulus petiolus ramulos undique diſpergit, ut remotos ferat flores, oppoſitus *Coarctato*.

Conglo-

Conglomorati flores fiunt, cum petiolus ramosus flores ferat absque ordine arcte congestos & Compactos; adeoque oppositi *Paniculæ diffusæ.*

Articulatus, qui articulo unico instruitur: *Oxalis*, *Sida*, *Hibiscus.*

Bini Pedunculi simul exeunt in *Capraria* & *Oldenlandia zeylanica.*

Terni pedunculi ex eadem axilla in *Impatiente zeyl.*

Flexuosi s. *Undulati* Pedunculi in *Aira Fl. Su. 64.* & *Poa zeyl. 46.*

Restantes in planta pedunculi post casum fructificationis: in *Jambolifera*, *Ochna*, *Justicia.*

Incrassati versus florem pedunculi in *Cotula*, *Tragopogone* & plerumque in floribus cernuis.

280. Fructificationis partes sæpius constantissimas differentias subministrant.

Olim aliter sentii, nec fructificationem, nisi præclusis aliis viis, adii, ob rationes, quod brevis ævi esset flos, & quod partes ejus sæpius minutissimæ.

Sunt in fructificatione plures partes, quam in tota reliqua planta; adeoque plures inde notæ hauriuntur.

Minimis partibus, per totum naturæ campum, certitudo omnis innititur, quas qui fugit, pariter naturam fugit.

Distinguendæ sunt fructificationis notæ in Essentiales, Naturales & specificas.

Tyro primum dissecans flores, observat speciales notas, format nova & falsa genera; credit se primum flores vidisse, sed maturus Botanicus factus, se sæpius elusum sentiet.

Gentianæ demto flore nequeant distingui, uti constat observatis Cl. Halleri, at corollæ in aliis *Campaniformes*, *Rotatæ*, *Infundibuliformes*; *Quinquefidæ*, *Quadrifidæ*, *Octofidæ* facillime distinguunt.

Hypericum floribus *Trigynis* a *Pentagynis* probe distinguendum.

Gerania africana dicta corollâ irregulari, staminibus connexis, debent a congeneribus europæis separari.

Lichenibus Tuberculum est fructificatio constans punctis scabris ex pulvere quasi congestis.

Scutellum est fructificatio orbiculata concava; margine undique elevato.

Pelta

Pelta est fructificatio plana, margini folii plerumque adglutinata.

Muscis Capitulum est Anthera.

Fungis Pileus est orbiculus horizotaliter expansus, qui subtus fructificationes gerit.

Graminibus Spicula est partialis spica, quam Locustam dixere alii.

Tortilis est arista, cum geniculo contorto in medio notetur. E. gr. *Avena.*

Articulus est culmi pars *Geniculis* duobus interjecta.

Compositus Radiatus flos constat disco & radio.

Radius ex corollulis irregularibus in ambitu.

Discus ex corollulis minoribus plerumque regularibus constat.

Decompositus flos s. Compositus ex compositis, continet intra calycem communem minores calyces communes multis floribus; *Sphæranthus.*

Corolla Æqualis ubi partes corollæ figura, magnitudine & proportione æquales sunt.

Inæqualis, ubi partes non magnitudine, sed proportione respondent, ut regularis flos evadat: *Butomus.*

Regularis est æqualis figura, magnitudine & proportione partium.

Irregularis, quæ limbi partibus, figura, magnitudine aut proportione diversa est.

Rictus est hiatus inter duo labia.

Faux est hiatus tubi corollæ.

Palatum est gibbositas prominens in fauce corollæ.

Calcar est nectarium ex corolla pone in conum extensa.

Urceolata, quæ urceoli s. pelvis instar inflata & undique gibba est.

Cyathiformis, cum ex cylindro superne parum dilata est.

Connivens, cujus limbi lobi apicibus convergunt.

Lacera, cujus limbus tenuissime dissectus est.

Anthera versatilis & *incumbens*, quæ latere affigitur.

erecta, quæ basi affigitur.

Pericarpium Inflatum cum instar Vesicæ cavum sit, nec repletur seminibus: *Fumaria cirrhosa.*

Prismaticum, cum lineare polyedrum sit, lateribus planis.

Turbi-

Turbinatum cum fructus basi angustatur: *Pyrus.*
Contortum, cum spiraliter contorquetur: *Ulmaria, Helicteres, Thalictrum.*
Acinaciforme, cum fructus instar cultelli compressus, altero angulo longitudinali obtuso, altero acuto est. *Mesembryanthemum, Dill.*
Nidulantibus Seminibus T. cum semina in Pericarpio baccato per pulpam dispersa sunt.
Echinatum, cum aculeis s. spinis undique adspersum, uti Echinus animal.
Torosum cum torulis s. prominentiis hinc inde gibbum evadit; *Lycopersicon T, Phytolacca.*

281. Notæ genericæ (192) in differentia usurpatæ, absurdæ sunt.

Notas genericas Characteris Naturalis hic intelligimus, quæ species numquam distinguunt; hæ enim in genere consentientes sunt per omnes species; nec dissentiunt, quæ consentiunt.

Erroneas itaque esse omnes differentias statuimus, quæ notas specificas desumunt a notis characteris naturalis.

Polygala *siliculosa tetrapetala bicapsularis. Morisf.*
Apon geton *staminibus singularibus.* P.
Guajacum *aceris s. bursæ pastoris fructu* Br.

282. *Differentia* omnis e *Numero*, *Figura*, *Proportione* & *Situ* variarum plantarum partium (80-86) necessario desumatur.

Notæ fallaces & constantes unde promanant, diximus in præcedentibus.

Fallaces notas statuimus plurimas; uti

Color §. 266.	*Tempus* §. 265.	*Varians* § 259.
Odor §. 267.	*Locus* §. 264.	*Accidentale* §. 258
Sapor §. 268.	*Multitudo* § 274.	*Auctoritas* § 263.
Usus §. 269.	*Magnitudo* §. 250.	*Insufficientia* §. 257.
Sexus §. 270.	*Monstrositas* §. 271.	*Collatio* §. 261. 263.
Pubescentia §. 272.		

Fidas notas desumendas tantum esse a partibus plantæ, uti a

Radice §. 275.	*Foliis* §. 277.	*Inflorescentia* §. 279.
Trunco §. 276.	*Fulcris* §. 278.	*Fructificatione* §. 280.

Modi

Modi, quibus differentia desumitur, sunt quatuor:
Numerus, *Figura*, *Situs*, *Proportio*,
adeoque iidem, qui in genere §. 167.
Hi ubique constantes, in Planta, in Herbario, in Icone.

283. Ne varietas (158) loco speciei (157) sumatur, ubique cavendum est.

Hoc opus, hic labor est; adeoque summa industria inquirendum.
Errores gignunt, ut sæpius cœcutiamus, caussæ imprimis sequentes:
1. *Natura* polymorpha, in suis operationibus nunquam cessans.
2. *Regionum* & *Climatum* diversa & singularis natura.
3. *Loca* natalia remotissima.
4. *Brevitas vitæ* humanæ, quæ perit præcoci fato.
Certitudinem detegunt in speciebus, a varietatibus distinguendis:
Cultura in diversissimo & vario solo.
Partium plantæ omnium examen attentissimum.
Fructificationis examen, quoad omnes partes etiam minutissimas.
Congenerum specierum inspectio.
Naturæ leges constantes, nunquam saltus facientes.
Varietatum modi remoti.
Positio speciei sub proximo & diverso genere.

284. Nomen genericum singulis Speciebus applicari debet.

Speciebus ad Genera redactis adsumant Species nomen generis, ut ex nomine constet de plantæ nominatæ genere.
Nomen Genericum valet in Republica Botanica uti nummus
Rajus & Morisonus sæpius reduxere Species ad Genera, sed nomina Generis non assumsere.

STOECHAS. *Raj. hist. 280.*

1. *Stoechas citrina germanica, latiore folio.*
2. *Chrysocome æthiopica, plantaginis folio.*
3. *Helichrysum abrotani feminæ foliis.*
4. *Elichrysum creticum.*
5. *Stæchadi citrinæ alteri inodoræ Lobelii affinis.*
6 *Gnaphalium montanum album.*
Sic, qui citatum Raji nomen audit, de genere nullam ideam habet, nisi viso libro.

285. Nomen ſpecificum ſemper genericum ſequi oportet.

Cum ignoto genere nulla certitudo, neceſſe eſt, ut Generis nomen incipiat ideam, ſi diſtinguat diſtinguenda.

LOBELIUS maxime & ſæpius hic peccavit:

Minus Heliotropium *repens. Lob.*
Matthioli ſecundum Limonium. *Lob.*
Aquatica Plantago *foliis Betæ. Lob.*

286. Nomen ſpecificum ſine generico eſt quaſi campana ſine piſtillo.

Differentia eſt tantum diſtinctio generis, adeoque ſine genere nulla differentia concipi poteſt.

Nomina ſunt ex arte confecta, ut ſcientifice determinent plantas.

Differentiæ ſine nomine ſpecifico, ſunt animalcula capite mutilata.

—— *myagro affinis herba, capſulis ſubrotundis* J. B.
—— *linariæ aliquatenus ſimilis hirſuta non laciniata* C. B.
—— *linariæ aliquatenus ſimilis, folio bellidis* J. B.
—— *periclymeno accedens, planta monanthos* Mor.
—— *indigena alpium Sabaudiæ* Bocc.

287. Nomen ſpecificum ipſi nomini generico adglutinatum non erit.

Fuere Botanici, qui genera per caudas diſtinguere tentarunt, inflectendo nomen in fine, ſed peperit confuſionem ſummam.

Diſtinctum genus;	Diſtincta Differentia.
Gentian*ella*	pro Gentiana parva.
Acetoſ*ella*	— Acetoſa parva.

288. Nomen ſpecificum genuinum eſt vel *Synopticum* vel *Eſſentiale.*

Nomina ſpecifica cito, tuto, & jucunde diſtinguant ſpecies.

Selectus fiat ex omnibus differentiis poſſibilibus ſpeciei, unde deſumendæ præſtantiſſimæ, ut liceat tandem tuto noſſe ſpeciem.

Modus Nominum ſpecificorum eſt vel Synopticus vel Eſſentialis, vel ex utrisque mixtus.

289. No-

289. Nomen Specificum Synopticum (288) plantis congeneribus (159) notas semidichotomas imponit.

Ubi notæ essentiales speciei investigari nequeunt, necesse est, ut per Synopsin fiat differentia, adeoque Synopsis est succedanea differentiæ essentialis.

In vastissimis generibus sæpius ad synopsin adsumendam coacti sumus.

Salix *foliis serratis glabris ovatis acutis subsessilibus.* Roy. *Synoptice.*

Salix *floscul is pentandris.* Fl. lapp. *Essentiale.*

Salix *foliis subintegerrimis lanceolato linearibus longissimis acutis: subtus sericeis, ramis virgatis.* Fl. su. *Synoptice.*

Salix *foliis linearibus revolutis.* *Essentiale.*

290. Nomen Specificum Essentiale (288) notam differentiæ singularem, suæve speciei tantummodo propriam, exhibet.

Nomen specificum essentiale absolvitur unico alterove vocabulo s. unica idea.

Stabilitis Generibus & Speciebus essentiali differentia determinatis, summum apicem in re Herbaria tetigimus. Si Botanici eo tandem perveniant, ut omnes species nomine Essentiali determinare queant, non datur ultra.

Præstantia nominis commendat se brevitate, facilitate, certitudine.

Valent nomina essentialia absque citatione, quod alia nomina nunquam.

Synopsis, detecto nomine essentiali, non admittenda est in differentia specifica; allaborandum itaque ut ad metam tandem perveniamus propositam.

Eriophorum *spicis pendulis* Flor. lapp. 22.
Plantago *scapo unifloro* Fl. lapp. 64.
Alchemilla *foliis simplicibus* Fl. lapp. 66.
Alchemilla *foliis digitatis* Fl. lapp. 67.
Menyanthes *foliis ternatis* Fl. lapp. 80.
Convallaria *scapo nudo* Fl. lapp. 112.
Convallaria *foliis verticillatis* Fl. lapp. 114.
Pyrola *scapo unifloro* Flor. lapp. 167. suec. 334.

Betula *foliis orbiculatis crenatis* Fl. lapp. 342. suec. 777.

291. Nomen specificum quo brevius, eo etiam melius, si modo tale (257).

Pulcritudo artis brevitatem exposcit, nam quo simplicius, eo etiam & melius, & stultum est facere per plura, quod fieri potest per pauciora; Natura etiam ipsa compendiosissima est in omni sua actione.

Numerus vocabulorum, quæ in differentia adhibentur, nunquam ultra duodecim vocabula admittat; quemadmodum Nomina Generica duodecim ad summum literis constabunt §. 249. ita & Differentia 12 vocabulis, ut limites tandem stabiliantur.

Duodecim vocabula sufficere pro differentia specifica ex sequenti calculo eluceſcit. Sit genus centum specierum, quem numerum adtigisse nullum adhuc cognitum genus novimus; distinguantur hæ species synopsi: a. 50. b. 25. c. 13. d. 7. e. 3. f. 2. g. 1. adeoque sex substantiva cum totidem adjectivis, ad summum necessaria essent; at vero unum idemque substantivum sæpe admittit plura adjectiva, adeoque duodecim vocabula vix unquam necessaria erunt pro differentia generis centum specierum.

Horrenda itaque sunt nomina specifica veterum sesquipedalia, quæ descriptiones loco differentiarum sistunt.

Cenchramidea *arbor saxis adnascens, obrotundo pingui folio, fructu pomiformi in plurimas capsulas grana ficulnea (stylo columnari hexagono præduro) adhærentia continentes, diviso, Balsamum fundens.* Plukn. alm. 92.

Gramen *myloicophoron carolinianum s. Gramen altissimum, panicula maxima speciosa, e spicis majoribus compressiusculis utrinque pinnatis, blattam molendariam quodammodo referentibus, composita, foliis convolutis mucronatis pungentibus.* Pluk. alm. 173.

Acaciæ *quodammodo accedens, Myrobalano chebulæ Vesslingii similis arbor americana spinosa, foliis ceratoniæ in pediculo geminatis, siliqua bivalvi compressa cornuculata seu cochlearum vel arietinorum cornuum in modum incurvata, sive Unguis cati.* Breyn. prodr. 2. p. 29.

292. No-

292. Nomen ſpecificum nulla admittat vocabula, niſi quibus a congeneribus neceſſario diſtinguitur.

Nullum vocabulum in differentia ſpecifica ſuperfluum erit.

Si eadem nota poterit paucioribus verbis exprimi, erit illa optima, quæ breviſſima fuit.

Exulent Antonomaſia, Tautologia & floſculi oratorii.

Betula *nana pumila* Franken. *Tautologia.*

Lamium *caule folioſo.* Lind. *Antonomaſia.*

293. Nomen ſpecificum nullum, ſpeciei in ſuo genere ſolitariæ (203), imponi poteſt.

Sunt qui ſtatuunt nomen ſpecificum addi debere ſpeciebus novi generis, licet ſolitariis, ut inde formetur idea plantæ.

Non negamus Habitum multum inſervire ad formandas notiones de planta; at vero in nomine ſpecifico admodum erronea eſt, cum contineat nihil aliud, niſi ſolam notam, qua diſtinguatur a congeneribus.

Ubi nulla differentia ſpecifica ad plantam nominatam, ibi præſupponitur in genere non niſi unicam ſpeciem eſſe detectam.

Erronea itaque ſunt nomina ſpecifica, quæ differentias impoſuere plantis in ſuo genere ſolitariis pag. 136. e. gr.

Morina *orientalis*, *carlinæ folio* Tournef. cor. 48.

Dalechampia *ſcandens*, *lupuli foliis*, *fructu hiſpido tricocco.* Plum. amer. 17.

Matthiola *folio aſpero ſubrotundo*, *fructu nigricante.* Plum. amer. 16.

Maranta *arundinacea*, *cannacori folio.* Plum. amer. 16.

Valdia *cardui folio*, *fructu ſubcæruleo.* Plum. amer. 11.

294. Nomen ſpecificum imponat, qui novam adinvenerit ſpeciem, ſi modo neceſſe ſit (293) tale.

Qui novam detegit ſpeciem, addat & non modo ejusdem differentiam, ſed & in congeneri vel congeneribus differentias augeat, ut diſtinguantur in poſterum ſpecies ſufficienti differentia.

CLAYTONIA Gron. virg. 25. primum innotuit in Virginia, dein alia ſpecies Limnia dicta in Sibiria; adeoque dicatur Sibirica: CLAYTONIA *foliis ovatis*, & Virginica CLAYTONIA *foliis linearibus.*

295. Nominis ſpecifici vocabula non erunt compoſita, nominibus genericis ſimilia, nec græca, ſed tantum latina; nam quo ſimpliciora, eo etiam meliora.

Character definit nomen Genericum, Differentia vero ſpecifica ſe ipſam; adeoque prius eſſe poterit peregrinum, poſterior autem per ſe evidentiſſima erit; ideo hæc pure latina, nec græca.

Erroneæ itaque ſunt differentiæ ſpecificæ omnes græcæ.

Lathyrus *diſtoplatyphyllos.* Lotus *oligokeratos.*
Myrrhis *conejophyllon.* - - *polykeratos.*
Potamogeton *lejophyllon.* Mimoſa *platykeratos.*
- - - *iteophyllon.* - - - *brachyplatolobos.*
- - - *malacophyllon.* Piſum *leptolobon.*
- - - *ulophyllon.* Lotus *tetragonolobus.*
Piloſella *monoclonos.* Trifolium *katoblebs.*
- - - *polyclonos.* Clematis *bucananthos.*
Ficus *aizoides.*
Aſclepias *aizoides.*
Hieracium *piloſelloides.*
Oreoſelinum *aniſoides.*

BELLEVAL Prof. Monſp. circa finem ſeculi XVI. rariſſimas icones, quæ non prodiere, incidi curavit, has mecum communicatis a Cl. Sauvageſio, intellexi Auctori in animum fuiſſe omnes differentias græca linguâ compoſito vocabulo exprimere; e. gr.

Alſine μυόσωτις ἀνθομήλινος.
Androſaces ὀρεκατόγκαυλον.
Auricula muris ὀρεαλθόλευκος.
Auricula muris ὀρεομικρανθόλευκος.
Betonica ὀρεοριζοδοντώδης ἐξ λεύκανθος.
Campanula ἀλπικοβαγλωσσόφυλλος.
Campanula κυανανθόκαλος.
Campanula ὀπωρομειζόρειος.
Campanula ὀρεομικρόπωρος.
Carduus ἀνάκανθος. II.
Carduus λευκερικεφαλος C. M.
Condrilla μικρομηλινοπολύκαυλος.
Corruda λευκοκαυλοσφαιροξεπὴς.

Syno-

Cynoglossum ἀλπικοχαμαιανθέρυθρον.
Doronicum ὀρεοπολυκλωναν θομήλινον.
Gentianella ἐαρακαυλόρειος.
Glycyrrhiza μακροῤῥιζοπολυχιδής.
Hieracinm μακροξενόφυλλον B.
Hieracium πλατύανθον.
Jacea ὀρεανθόκαυλος.
Jacea ὀρειπετρομονόκαυλος.
Jacea ὀρεακαυλοπόρφυρος.
Χαμαιλεμώνιον *Montis Ceti.*
Nardus ὀρειψιλόκαυλος.
Plantago πλατυφυλλοῤῥεπής.
Polygonum ἀνθαλσινοειδές.
Pulsatilla ἀνθυπομήλινος.
Quercus ἐναλιοπλατύφυλλος.
Racemus marinus σφυροειδής.
Tanacetum ἄνοσμον. *C. M.*
Thlaspi ὀρεοκαυλοφυλλοξεφής *Horti dei.*
Trachelium ἀλπικοπυραμιδοειδές.
Trachelium ὀρεογκωπυκνόφυλλον.
Tulipa ἀνθεντομώτατος.
Tulipa ὀξυμέσανθος.

296. Nomen specificum non erit Tropis Rhetoricis figuratum, multo minus erroneum, sed fideliter, quæ natura dictitat, exponat.

Synecdoche totius pro parte frequentissima est in Botanicis, ubi de toto prædicatur, quod valet de parte tantum; quod nunquam admittendum esse censemus.

Synecdoche numeri singularis pro plurali tritissima & æque erronea est.

Metaphora semper obscura est, hinc præstat nuda simplicitas.

Ironia cum mendacii species sit, hinc excludenda erit.

Synecdoche totius pro parte.

Salicaria *purpurea* pro *corollis purpureis.*
Quinquefolium *folio argenteo* pro *subtus albo.*
Nolucca *spinosa* pro *calycibus spinosis.*
Pimpinella *umbella candida* pro *corollis candidis.*

Synecdoche numeri ſingularis pro plurali.

Lupinus *flore luteo* pro *floribus luteis.*

Ranunculus *folio rotundo & capillaceo* pro *foliis rotundis & capillaceis.*

Metaphora.

Limon *incomparabilis* pro *Maximus.*

Caryophyllus *ſuperbus* pro *floribus pulcherrimis.*

Majorana *gentilis* pro *odoratiſſima.*

Tragon *improbus* pro *aculeatus.*

Ranunculus *ſceleratiſſimus* pro *veſicatorius.*

Urtica *fatua* pro *inermis.*

Cannabis *erratica* pro *mas.*

Heſperis *melancholica* pro *noctu odorata, die inodora.*

Urtica *mortua* pro *inermis.*

Bulbonac *rad. rediviva* pro *perenni.*

Meum *adulterinum* pro *non genuina ſpecies.*

Orchis *abortiva* pro *figura floris ſingulari.*

Pinus *incubacea* pro *faſciata.*

Fucus *hæmorrhoidalis* pro *hæmorrhoidibus medela.*

Pepo *ſtrumoſus* pro *fructu tuberculis obſito.*

Caryophyllus *barbatus* pro *calycis ſquamis ſetaceis.*

Mentha *cataria* pro *odore catis grato.*

Gramen *leporinum* pro *tremens uti Lepus.*

Lactuca *agnina* pro *ovibus grata ſpecies.*

Aparine *ſemine ſaccharato* pro *fructu verrucoſo.*

Arbor *finium regundorum* pro *tinctura ad mappas inde colore diſtinguendas.*

Ironia.

Lyſimachia *bifolia fl. globoſo* pro *foliis oppoſitis, racemis ovatis.*

Ornithogalum *flore minore innato* pro *filamentis planis.*

Narciſſus *calyce luteo* pro *nectario luteo.*

Dentaria *baccifera* pro *bulbifera ex alis.*

Dracunculus *piſtillo longiſſimo* pro *receptaculo longiſſimo.*

Fragaria *ſterilis* pro *receptaculo ſicco.*

Sabina *ſterilis* pro *mas.*

297. Nomen ſpecificum nec comparativum, nec ſuperlativum ſit.

Comparativa *Majus* aut *Minus*, gradus *Comparativus* & *Superlativus* non admittenda ſunt, cum præſupponant cognitionem alterius plantæ:

Alſine

Alsine *altissima* est minor Betulâ nanâ.

Contra autem sentiendum ubi superlativus gradus adhibetur de plantæ præsentis parte, & indicat partem esse maximam inter omnes plantæ partes; tum enim egregia nota est:

Lobelia *pedunculis brevissimis, tubo corollæ longissimo.* Roy.

Erronea sunt nomina specifica omnia, quæ comparationem habent extra plantam.

Equisetum *lævius* Raj.
Pilosella *major, minus hirsuta* C. B.
Pilosella *minor, folio angustiore, minus piloso* I. B.

298. Nomen specificum terminis positivis, non vero negantibus, utatur.

Negativa nihil dicunt, vel dicunt quod non est, non vero quid est.

Quamdiu vocabula positiva adsunt, nunquam licet privativis uti, adeoque semper parata erunt vocabula, quæ ideas oppositas exprimunt.

Subrotundum & oblongum.		*Simplex & compositum.*	
Rotundatum	*angulatum.*	*Petiolatum*	*sessile.*
Fissum	*indivisum.*	*Erectus*	*volubilis.*
Obtusum	*acutum.*	*Teres*	*angulatus.*
Pungens	*inerme.*	*Simplicissimus*	*ramosus.*
Serratum	*integerrimum.*	*Aristatus*	*muticus.*
Nervosum	*enerve.*	*Laxus* (flaccidus)	*strictus.*
Tomentosum	*glabrum.*	*Remoti*	*conferti.*
Tectum	*nudum.*	*Divaricati*	*coarctati.*
Venosum	*avenium.*	*Caulescens*	*acaulis.*
Teres	*angulosum.*	*Herbaceus*	*lignosus s. fruticosus.*
Tubulosum	*farctum.*	*Attenuatæ*	*incrassatæ.*

Fiat descriptio plantæ vastissima terminis negativis, nemo inde sibi formet ideam levissimam plantæ. vide D. *Episcop. Browallii Examen epicriseos.*

Erronea itaque sunt omnia nomina specifica, quæ admittunt vocabula vel particulas negativas.

Lysimachia *non papposa* Mor. Seminibus nudis.
Hippuris *non aspera* I. B. glabra.
Bidens *folio non dissecto* T. integro.
Phalangium *non ramosum* Wehm. caule simplici.
Lychnis *petalis non bifidis* Mor. integris.

299. Similitudo omnis, in nomine ſpecifico uſurpata, dextra manu notior erit, licet & hæc minus placet.

Similitudo unico verbo exhaurit id, quod alioquin integra oratione demonſtraretur; ſed omnis ſimilitudo claudicat, ideoque etiam in artis dedecus aſſumitur omnis ſimilitudo obſcura, & non unicuique manifeſtiſſima.

Aſſumenda itaque nulla alia ſimilitudo, quam a partibus externis corporis humani, uti Auris, Digitus, Umbilicus, Oculus, Scrotum, Penis, Vulva, Mamma; non vero ab internis corporis partibus, quæ anatomicis ſolum notiſſimæ.

Similitudo valet ſine definitione, quod nullus alius artis terminus.

Obſcuras ſimilitudines, & quidem plurimas, introduxere Botanici non omnibus notas. E. gr.

Agaricus *tubæ falopianæ inſtar* T.
Orchis *anthropophora.*
Orchis *Simiam referens* C. B.
Orchis *Cercopithecum exprimens* Col.
Orchis *Muſcam referens.*
Meſembryanthem. *roſtrum Ardeæ referens* D.
Meſembryanth. *rictum caninum referens* D.
Meſembryanth. *rictum felinum referens* D.
Lotus *ſiliquis pedes corvinos referens* C. B.
Fungus *pilis Capreoli prorſus ſimilibus* Lœſ.
Atriplex *ſemine bucephali* Col.
Arbor acul. ramis incurvis, *ſcenam topiariam efformans.* Plukn.
Fungus *dædaleis ſinubus* T.
Fungus *auriſcalpium referens.*
Hemionitis *folio ſecuris Romanæ figura.* Pluk.
Medica *caſeiformis.* Rudb.

300. Nomen Specificum, nullum adjectivum ſine oppoſito ſubſtantivo, adhibeat.

Nullum adjectivum, adeoque nullum adtributum in nomine ſpecifico, ſine prægreſſo ſubſtantivo, cui reſpondeat; ubi autem nulla pars prius nominata, ibi ſupponitur prædicari de tota planta.

Subſtan-

Subſtantiva hic uſitata ſemper erunt partes plantæ.

Erronea ſunt omnia Nomina ſpecifica, quæ admittunt adjectiva ſine oppoſito ſubſtantivo.

Adjectiva ſine ſubſtantivo vero.

Milleſolium *cornutum* C. B. foliis.
Nigella *cornuta* C. B. capſulâ.
Thlaſpidium *cornutum* T. calyce.
Lyſimachia *corniculata* C. B. capſula.
Allium *licorne* C. B. ſpatha.
Viola *tricolor* C. B. corolla.
Myrtus *criſtata* Wehl. foliis.
Amaranthus *criſtatus*. ſpica.
Gramen *criſtatum*. bracteis.
Solanum *veſicarium*. calyce.
Colutea *veſicaria*. pericarpio.
Ranunculus *veſicarius*. vi.
Milleſolium *veſicatorium*. radice inſtructa veſiculis.
Meſembryanth. *veſicatorium*. foliis adſperſis.

Subſtantiva Erronea.

Sederitis *utriculis* ſpinoſis *Herm.* pro verticillis.

Adjectiva & Subſtantiva genere conveniant.

Juniperus *alpinus* Cluſ. alpina.
Hippuris *muſcoſus* Mor. muſcoſa.

301. Omne adjectivum (300) in nomine ſpecifico ſequi debet ſubſtantivum ſuum.

Quemadmodum in Charactere præcedat ſemper pars ſeu prædicatum, ita & in differentia ſemper ſubſtantivum, cui adjectivum competit, ut fiat diſtinctiſſima idea, ne errore typographi, ob comma vel punctum, alienus ſenſus ſuboriatur.

Corona ſolis *parvo* flore, *tuberoſa* radice T.
RECTIUS: *flore* parvo, *radice* tuberoſa.

Sinapiſtrum ægyptium heptaphyllum, *flore carneo*, majus ſpinoſum. *Herm.*
RECTIUS: ægypt. heptaphyll. majus ſpinoſum, flore carneo.

Orchis æthiopica, maxima, maculata aviculam niveam, macula ſanguinea, in dorſo, notatam repræſentans, galea cærulea, ampliſſima, pulvere argenteo, adſperſa in area, inſigniter ſplendente.

RECTIUS

RECTIUS æthiopica, maxima, maculata, repræsentans aviculam niveam: notatam in dorso macula sanguinea, galea cærulea ampliſſima adſperſa pulvere argenteo.

302. Adjectiva (300) in nomine ſpecifico uſurpata, e terminis artis ſelectis (80-86), ſi modo ſufficientibus, petenda ſunt.

In Terminis artis, ſi conveniant Botanici, & ſi conſtantes ſint in ſcriptis, facillima evadet ſcientia.

Periphraſin nunquam admittat Botanicus, quamdiu Termini artis rite definitæ occurrunt.

Synonyma Terminorum excludantur & unicus conſtans & ſelectus adhibeatur.

Synonyma.

Lychnis *viſcoſa*
Lychnis *glutinoſa* Rd.) glutinoſa.

Caryophyllus *ſupinus* C. B.
Malva *procumbens.*) procumbens.

Liguſtrum *foliis pictis.* Weh.
Lauroceraſus *foliis variegatis.* Weh.) variegatis.

Piloſella rep. *hirſuta*
- - - *folio piloſo*
- - - *folio villoſo*
Quinquefolium *pubeſcens* } piloſa.

Hieracium *radice ſucciſa* C. B.
Hieracium *radice præmorſa* Mor.) præmorſa.

Per Periphraſin.

Quinquefolium *molli lanugine pubeſcens.* I. B. villoſum.
Conyza *humidis locis proveniens* I. B. paluſtris.
Muſcus ſquamoſus in *aquis naſcens.* Moriſ. aquaticus.

303. Particulas, adjectiva ſubſtantivaque conjungentes, nomen ſpecificum excludat.

Particulæ ejusmodi ſunt; Vel

Conjunctivæ: *&, atque, ſimul.*
Disjunctivæ: *vel, ſive, ſeu.*

Caſu *ablativo*, absque ulla præpoſitione, notæ omnes in differentia proponantur.

Ubi autem duo diverſa indicanda in eadem planta, utimur nota *ve* vel *que* in fine ſequentis vocabuli, ne augeat numerum vocabulorum; e. gr.

Carduus

Carduus *foliis lanceolatis ciliatis integris laciniatis*que. Hort. cliff. 392.

Juncus *foliis planis, ſpica ſeſſili pedunculatis*que. Flor. ſuec. 288.

Exulant differentiæ omnes, quæ admittunt particulas disjungentes: e. gr.

Medica *ſilv frut.* vel *Trifolium falcatum* ſeu *Medica ſiliqua tortili.* Moriſ.

Abſinthium *ponticum*, ſeu *romanum officinarum*, ſeu *Dioſcoridis.* Moriſ. C. B

Aſter *montanus* ſive *Oculo Chriſti ſimilis*, ſi *non idem*, ſive *Conyza* 3. I. B.

304. Notæ diſtinctivæ partes plantarum (80), non vero adjectiva, in nomine ſpecifico diſtinguant.

Particulæ diſtinguentes hujus loci ſunt: *Comma* (,), *Comma cum puncto* (;), *Colon* (:), & *Punctum* (.).

Differentia ſpecifica per particulas rite interſtinctas evidentiſſima evadit.

EGO utor *commate* ad diſtinguendum partes; *Colon* autem adhibeo, ubi partis ſubdiviſio eſt; *Puncto* autem claudo differentiam. A.

ALII utuntur *Commate cum puncto* ad diſtinguendum partes; *Commate* vero diſtingunt iidem omnia adjectiva. B.

ANTECESSORES Commate & partes & adjectiva plerumque diſtinxerunt. C.

A. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis ſemibifidis: *laciniis* acuminato-ovatis erecto-dehiſcentibus. H. C.

B. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis, ſemibifidis; *laciniis* acuminato-ovatis, erecto-dehiſcentibus. H. C.

C. Bauhinia inermis, *foliis* cordatis, ſemibifidis, *laciniis* acuminato-ovatis, erecto-dehiſcentibus. H. C.

305. Parentheſis Nomen ſpecificum nunquam admittat.

Parentheſis vel ſubintellecta, vel lineolis incarcerata, eodem recedit.

Arguit utraque aut exceptionem, aut defectum ordinis, adeoque non admittenda eſt.

Boer-

Boerhaavius & coætanei, ne innovarent nomina, antiquo nomini generico præpoſuere novi Generis nomenclaturam, cum interjecta ſyllaba, *qui* ſ. *quæ*, ſ. *quod*: hoc autem ex data in præcedentibus theoria non aſſumimus.

a. Parentheſis ſubintellecta.

Sinapiſtrum pentaphyllum, flore carneo, minus. H.

b. Parentheſis adſcripta.

Androſæmum maximum (*quaſi fruteſcens*) bacciferum. *Mor.*
Violæ affinis umbilicato (*ſeu peltato*) folio ſcandens. *Br.*

c. Qui, Quæ, Quod.

Dens Leonis *qui* Piloſella folio minus villoſo. T.
Doria *quæ* Jacobæa orientalis limonii folio. T. cor. *B.*
Titanokeratophyton *quod* Lithophyton marinum albicans Geſn. *B.*

IX. VA-

IX. VARIETATES.

306. Nomini Generico (VII.) & Specifico (VIII.) etiam varians, si quod (158), addi potest.

Varietates sunt plantæ ejusdem speciei, mutatæ a causa quacunque occasionali.

Usus varietatum in Oeconomia, Culina, Medicina necessariam reddidit earum cognitionem in vita communi; ad Botanicos cæteroquin non spectant varietates, nisi quatenus Botanici curam gerant, ne Species multiplicentur aut confundantur.

Evidentiores varietates, ob usum publicum, ad finem differentiæ inferat Botanicus, ubi necesse est.

307. Nomina Generica, Specifica & Variantia literis diversæ magnitudinis scribenda sunt.

Nomen *Genericum* pingatur literis majoribus Romanis.
Specificum literis mediocribus & vulgatissimis.
Varians autem literis minoribus currentibus vulgo dictis.

Fiat hoc ut Varietas distinctissima tradatur a Differentia.
CONVALLARIA scapo nudo; *corolla plena.*
CONVALLARIA scapo nudo; *corolla rubra.*
SAXIFRAGA alpina ericoides; *flore purpurascente.*
SAXIFRAGA alpina ericoides; *flore cæruleo.*
PENTAPHYLLOIDES paluſtre rubrum; *crassis & villosis foliis.*

308. SEXUS (149) Varietates naturales constituit; reliquæ omnes monstrosæ sunt.

Dioicæ plantæ constituunt unicum modum varietatum vere naturalem, in *Mares* & *Feminas* distinctum, quas nosse & differentiis addere Botanicis perquam necessarium est.

Veteres, ignari fundamenti fœcundationis plantarum, *Mares pro Feminis*, & *Feminas pro Maribus* assumsere, quod sedulo vitandum. e. gr.

Mercurialis *mas.* T.
Cannabis *mas.* I. B. } sunt *feminæ.*
Lupulus *mas.* T.

309. Varie-

309. Varietates monſtroſas (308) conſtituunt *Flores* mutilati (119), multiplicati (120), pleni (121), proliferi (222); *Herbæ* luxuriantes, faſciatæ, plicatæ, mutilatæ: in numero, figura, proportione & ſitu partium omnium, nec non ſæpius Color, Odor, Sapor & Tempus.

Modi primarii varietatum ſunt ſequentes:

Corollæ *Mutilatio* §. 119. 184.
Multiplicatio §. 120. 126. 127. *Impletio* §. 121. 125.
Prolificatio §. 123. 124
Caulis *Luxuriatio Faſciculata* §. 274. *Plicata* §. 274.
Foliorum *Luxuriario Criſpa* §. 311. *Bullata* §. 311.
Herbæ *Color* § 266. *Odor* §. 267. *Sapor* §. 268.
Magnitudo § 260. *Tempus* §. 265. 273.
Coloratio foliorum.

Buxus *foliis per limbum aureis.* T.
Aquifolium *ſpinis & limbis argenteis.* T.
Alaternus *foliis ex luteo variegatis.* H. R. P.
Salvia *foliis ex viridi & luteo variegatis.* H. R. P.
Aloë ſobolifera *foliis eleganter variegatis* Herm. prodr.
Caprifolium perfoliatum, *foliis ſimoſis & variegatis.* T.
Urtica urens minor *foliis ex viridi & rubro eleganter variegatis.* Rudb.
Gramen paniculatum aquaticum, phalaridis ſemine, *folio variegato.* T.

310. Varietates leviſſimas non curat Botanicus (7).

ANTHOPHILI, nimia induſtriâ & aſſidua inſpectione, in corollis florum ea miracula obſervarunt, quæ inexercitatus oculus nequit perſpicere; Objectum horum ſunt flores pulcherrimi *Tulipæ*, *Hyacinthi*, *Pulſatillæ*, *Ranunculi*, *Dianthi*, *Primulæ*; Occultas varietates harum nominarunt vocabulis ſtuporem excitantibus; hi propriam ſcientiam florum colunt, adeptis ſolis manifeſtam; caſtra itaque eorum nullus ſanus Botanicus intret.

Phœbus	*Triumphus Floræ.*
Apollo	*Pompa Floræ.*
Aſtræa	*Splendor Aſiæ.*
Dædalus	*Corona Europæ.*
Cupido	*Gemma Hollandiæ.*

Aurora

Aurora *Sponſa Amſtelodami.*
Gratioſa
Pretioſa.

Alexander Magnus.
Carolus Duodecimus.
Julius Cæſar.
Imperator Auguſtus.
Tartar Cham.

HORTULANORUM vulgus Pomiferis & Drupiferis nomina varietatum impoſuere, nec definita nec definienda & numero pæne infinita.

Poma *Paradiſiaca* Pyra *Falerna*
Praſomila *Favonia*
Rubelliana *Boni Chriſtiani*
Borſtorphiana *Cruſtamina*
Appiana *Picena*
Melimela *Libraria.*

FUNGORUM ordo in opprobrium artis etiamnum Chaos eſt, neſcientibus Botanicis in his, quid Species, quid Varietas ſit.

311. Foliorum luxuriatio in Oppoſitione & Compoſitione facillime accidit. CRISPA & BULLATA folia omnia monſtroſa ſunt.

OPPOSITA folia §. 83: 112. ſæpe evadunt Terna 83: 111, ſeu Quaterna 83: 111. & tum ex caule Quadrangulari fit caulis Polygonus.

Lyſimachia lut. major, *foliis ternis.* T.
Lyſimachia lut. major, *foliis quaternis.* T.
Lyſimachia lut. major, *foliis quinis.* T.
Anagallis cærulea, foliis binis *ternisve ex adverſo naſcentibus.* Raj.
Anagallis phœnicea, foliis amplior. *ex adverſo quaternis.* T.
Salicaria *trifolia, caule hexagono.* T.

DIGITATA folia ſæpe addunt unum alterumve foliolum.
Trifolium *quadrifolium* hortenſe album C. B.

CRISPIS foliis plantæ ſunt omnes monſtroſæ varietates, uti Corollæ plenæ in floribus, adeoque plantæ his foliis inſtructæ nullæ naturales, ſed omnes aliam pro matre agnoſcunt.

Apium ſ. Petroſelinum *criſpum*. C. B.
Heracleum: Sphondylium *criſpum* C. B.
Rumex: Lapathum *folio* acuto *criſpo* C. B.
Acetoſa *foliis criſpis*. C. B.
Reſeda *criſpa* gallica. Bocc.
Luteola luſitanica pumila *criſpa* T.
Braſſica *laciniata* rubra J. B.
Naſturtium hortenſe *criſpum*, C. B.
Malva *criſpa* J. B.
Lactuca *criſpa*. C. B.
Cichorium *criſpum*. T.
Lapſana folio ampliſſimo *criſpo*. B.
Tanacetum foliis *criſpis*. C. B.
Matricaria *criſpa*.
Aſplenium: Lingua cervina maxima, *undulato folio*. H. R. P.
Leonurus: Cardiaca *criſpa*. Raj.
Mentha *criſpa* danica. Park.
Ocymum latifolium maculatum vel *criſpum*. C. B?
ODOR in *Tanaceto*, *Mentha*, *Ocymo*, *Matricaria* augetur cum criſpatura, quod ſingulare.

BULLATA folia §. 374. fiunt plerumque ex rugoſis 83: 64. aucta & multiplicata, adeoque elevata, ſubſtantia folii intra ejusdem vaſa:

Ocymum foliis *bullatis* C. B.
Braſſica *undulata*. Renealm.
Lactuca capitata, *foliis magis rugoſis*. B.
Lactuca capitata major, *foliis rugoſis & contortis*. B.
Lactuca capitata omnium maxima, *verrucoſa* B.
SAPONARIA *concava anglica*, ob florem variantem (p. 83.) lepide Gentiana folio convoluto J. B. dicta, ſingulari modo bullatum folium conſtituit deficientibus rugis, coarctato enim margine concava evadunt Folia cochlearis inſtar.

Tenuifoliæ Plantæ interdum naſcuntur ex latifoliis, ſed minus frequens eſt hæc varietas.

Heracleum hirſutum, *foliis anguſtioribus*. C. B.
Lycopus *foliis in profundas laciniias inciſis* T.
Braſſica *anguſto apii folio* C. B.
Veronica auſtriaca, *foliis tenuiſſime laciniatis*. T.
Sambucus *laciniato folio*. C. B.

Son-

Sonchus *aſper laciniatus*. C. B.
Valeriana ſylveſtris, *foliis tenuiſſime diviſis*. C. B.

312. Morboſas plantas, vel etiam ætates in Nominibus varietatum aſſumere, ſæpius ſuperfluum eſt.

Morboſæ plantæ a Botanicis receptæ variæ ſunt, prout earum morbi.

Eryſiphe Th. eſt Mucor albus, capitulis fuſcis ſeſſilibus, quo folia aſperguntur, frequens in *Humulo*, *Lamio* Fl. ſuec. 494. *Galeopſide* Fl. ſuec. 491. *Lithoſpermo*. Fl. ſuec. 152. *Acere* Fl. ſuec. 303.

Rubigo eſt pulvis ferrugineus, foliis ſubtus adſperſus, frequens in *Alchemilla* Fl. ſuec. 135. *Rubo ſaxatili* Fl. ſuec. 411. *Eſula degenere* R. & præſertim in *Senecione*, ſive *Jacobæa ſenecionis folio incano perenni*. Hall. jen. 177. inprimis in ſolo ſylvatico uſtulato.

Clavus cum Semina enaſcuntur in cornicula majora extus nigra, ut in *Secale* & *Caricibus*.

Uſtilago, cum fructus loco ſeminum farinam nigram proferunt.
Uſtilago Hordei C. B. *Uſtilago Avenæ* C. B.
Scorzonera pulveriſlora H. R. P. *Tragopogon abortium* Lœſ.

Nidus inſectorum cauſſatus ab inſectis, quæ ova depoſuere in plantis, unde excreſcentiæ variæ.
Gallæ *Querci*, *Glechomæ*, *Ciſti*, *Populi tremulæ*, *Salicum*, *Hieracii myophori*.
Bedeguar *Roſæ*.
Folliculi *Piſtaciæ*, *Populi nigræ*.
Contorſiones *Ceraſtii*, *Veronicæ*, *Loti*.
Squamationes *Abietis*, *Salicis roſeæ*.

Inſecta ſæpe cauſſant plenitudines & prolificationes florum.
Matricaria Chamæmelum vulgare Fl. ſuec. 702. ab inſectis minimis fit prolifera.
Carduus caule criſpo Fl. ſuec. 658. cura inſectorum gerit floſculos majores, griſeos plenos vel potius prolifero-frondoſos, piſtillis in folia enaſcentibus.

313. Color facillime variat, præſertim ex cæruleo rubrove in album.

COLORES imprimis ſequentes a Botanicis numerantur.
Hyalinus, *Aqueus*, *Vitreus*.
Albus, *Lacteus*, *Niveus*.

Cinereus, *Incanus*, *Lividus*, *Plumbeus*.
Niger, *Pullus*.
Fuscus, *Luridus*.
Ater, *Piceus*.
Luteus
Flavus, *Sulphureus*.
Fulvus, *Croceus*, *Flammeus*.
Gilvus, *Testaceus*, *Ferrugineus*.
Ruber, *Sanguineus*.
Incarnatus,
Coccineus, *Puniceus*.
Purpureus, *Phœniceus*.
Violaceus, *Cæruleo Purpureus*.
Cæruleus.
Viridis, *Prasinus*.

PLANTARUM Colores varii, variis partibus magis propri sunt:

Niger frequenter in *Radice*, sæpe in *seminibus*, rarius in *Pericarpio*, rariſſime in corolla.
Viridis proprius *Herbæ* & *Calyci*; rariſſimus in Corolla.
Hyalinus frequens in *Filamentis* & *Piſtillo*.
Luteus frequens in *Antheris*, nec infrequens in *Corollis* præſertim *autumnalibus*, & *Semiſloſculoſis* T.
Albus frequens in *Corollis vernalibus* & *Baccis dulcibus*.
Ruber frequens in *floribus æſtivis*, & *baccis* in umbra natis acidisque.
Cæruleus nec infrequens in floribus.

FLORUM colores sæpius mutantur.

Ruber *in* album:
Erica, *Serpillum*, *Betonica*, *Galeopſis*, *Pedicularis*.
Dianthus, *Silene*, *Cucubalus*, *Agroſtemma*, *Coronaria*.
Trifolium, *Orchis*, *Digitalis*.
Carduus, *Serratula*, *Gnaphalium*.
Roſa, *Papaver*.
Fumaria, *Geranium*.

Cæruleus *in* album:
Campanula, *Polemonium*, *Convolvulus*.
Hepatica, *Aquilegia*, *Viola*.
Vicia, *Galega*, *Polygala*.
Echium, *Anchuſa*, *Symphytum*, *Borrago*.

Hyſſo-

Hyſſopus, *Dracocephalum*, *Scutellaria*.
Scabioſa, *Faſione*, *Cyanus*, *Cichorium*.

Luteus *in* album:
Melilotus, *Agrimonia*, *Verbaſcum*.
Tulipa, *Blattaria*, *Alcea*.
Cyanus turcicus, *Chryſanthemum*.

Albus *in* Purpureum:
Oxalis, *Datura*.
Piſum, *Bellis*.

Cæruleus *in* Luteum.
Commelina, *Crocus*.

Ruber *in* Cæruleum.
Anagallis.

Multiplex mutatio.
Aquilegia cærulea in rubrum, album,
Polygala cærulea in rubrum, album.
Hepatica cærulea in rubrum, album.
Cyanus cæruleus in rubrum, album.
Mirabilis rubra in luteum, album.
Impatiens lutea in rubrum, album.
Tulipa lutea in rubrum, album.
Anthyllis lutea in rubrum, album.
Primula rubra in luteum, album.
Cheiranthus lutea in cæruleum, album.

PERICARPIA Baccata ſunt primum viridia, dein rubra, demum albida; matura etiam variant colores albos, rubros, cæruleos, præſertim in Pyris, Prunis, Ceraſis
Solanum guineenſe, *fructu nigerrimo*. B.
Solanum annuum, *baccis luteis* Dill.
Solanum judaicum, *baccis aurantiis*. Dill.
Rubus vulgaris major, *fructu albo*. Raj.
Ribes vulgare acidum, *albas baccas ferens*. J. B.

SEMINA, rarius licet, colores etiam mutant:
Papaver hortenſe, *nigro ſemine*. C. B.
hortenſe, *ſemine albo*. C. B.
Avena vulgaris & alba. C. B.
nigra. C. B.
Phaſeolus vulgaris, *fructu violaceo*. T.
vulgaris fructu ex rubro & nigro variegato. T.
fructu albo, *venis nigris & lituris diſtincto*. T.

Pisum maximum, fructu nigra linea maculata. H. R. P.
hortense, flore, fructuque variegato. C. B.
Faba ex rubicundo colore purpurascente.

RADIX rarius colore variat.

Daucus sativus, radice alba. T.
Daucus sativus, radice lutea. T.
Daucus sativus, radice aurantii coloris. T.
Daucus sativus, radice atro-rubente. T.
Raphanus niger. C. B.

FOLIA rarius mutant viridem colorem, uti in *Amarantis*; interdum tamen maculas assumunt.

Persicaria cum maculis ferrum equinum referentibus. T.
Ranunculus hederaceus, atra macula notatus.
Orchis palmata palustris maculata. C. B.
Hieracium alpinum maculatum. T.
Lactuca maculosa. C. B.

HERBA tota sæpe alienum colorem induit.

Eryngium latifolium planum, caule ex viridi pallescente, flore albo. T.
Abrotanum cauliculis albicantibus. T.
Artemisia vulgaris major, caule ex viridi albicante. T.
Atriplex hortensis rubra. C. B.
Amarantus sylvestris maximus novæ angliæ, spicis purpureis. T.
Portulaca sativa, foliis flavis. Morif.
Lactuca capitata rubra. B.

314. Locus *aquosus* folia inferiora, *montosus* autem superiora sæpius findit.

Diformia folia, sive folia diversæ figuræ, in eadem planta rariora sunt.

Tithymalus *heterophyllus.* Plum. Pluk. alm. 112. f. 6.
Rudbeckia *foliis inferioribus trilobis, superioribus indivisis.* Hort. upf.
Hibiscus *foliis inferioribus integris, superioribus trilobis.* Hort. cliff.
Lepidium foliis caulinis pinnato-multifidis, ramis cordatis amplexicaulibus integris. Hort. cliff.

AQUATICÆ plantæ inferiora folia & submersa reddunt sæpius capillaria:

Ranunculus *aquaticus, folio rotundo & capillaceo.* C. B.
Sisymbrium *foliis simplicibus dentatis serratis.* Hort. cliff.
Cicuta, Sium, Phellandrium, Oenanthe. &c.

MON-

MONTANÆ plantæ folia inferiora magis integra, ſuperiora autem magis diſſecta formant, e. gr. *Pimpinella*, *Petroſelinum*, *Aniſum*, *Coriandrum*.

Tenuifoliæ §. 312. huc ſpectant.

Hoc confirmat, quod omnes ex ſolo ſicco efformatæ ſunt.

315. Planta naturalis (157) nomine, varietatibus (158) oppoſito, notari non debet.

Cum varietates ſint ſuperfluæ in foro Botanico, ne excreſcant differentiæ in infinitum, hæc lex ſervanda erit; nec naturalem plantam opus eſt diſtinguere a monſtris.

316. Cultura tot Varietatum mater, optima quoque Varietatum examinatrix eſt.

Horticulturæ mangonium produxit flores *plenos*, fructus *horæos*, caulium *turiones*, herbas *altiles*, *capitatas*, teneraque *olera*; Hæ ſibi relictæ in ſolo macro ſylveſtrem induunt naturam & naturalem.

Vidi lecta diu, & multo ſpectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: ſic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri. Virg. Georg. I.

Sic dulciſſimæ *Vites* fiant acidæ, ſuaviſſima *Mala* acerba, gratiſſima *Pyra* auſtera; mitiſſima *Amygdala* amara, ſuccoſa *Perſica* exſucca, læviſſimæ *Lactucæ* ſpinoſæ, pulpoſi *Aſparagi* lignoſi, ſapidiſſima *Ceraſa* acidiſſima; Cerealia *Olera* & Fructus eviteſcant omnia.

Solum mutat plantas, unde varietates enaſcuntur &, mutato eodem, redeunt:

Buxus *arboreſcens*. C. B. Buxus *humilis*. Dod.
Xanthium Dod. Xanthium *canadenſe majus*. T.
Acanthus *mollis* C. B. Acanthus *aculeatus* C. B.
Cinara *aculeata* C. B. & *non aculeata* C. B.
Brunella Dod. Brunella *cæruleo magno flore*. C. B.
Myoſotis *foliis hirſutis*. H. C. & *foliis glabris*. H. C.
Criſta galli *femina*. I. B. & *mas* I. B.
Cerinthe *flore ex rubro purpuraſcente* C. B. & *flavo flore, aſperior*. C. B.

317. Varietates diverſas ſub ſua ſpecie colligere, non minoris eſt, quam ſpecies ſub ſuo genere collocare.

Veterum conſtantiam in ſpeciebus diſtincte tradendis vicit Recentiorum ſtudium numerum plantarum augendi ſub fine præcedentis ſeculi, & infecit ſcientiam varietatum introductione, loco ſpecierum, dum ob notam levidenſem, nova ſpecies crearetur, in detrimentum Botanices; eo usque proceſſit opinio, ut varietates evaderent Species, & Species Genera: huic Hæreſi ſeſe oppoſuit primus Vaillantius, dein Ego, mox Juſſiæus, Hallerus, Royenus, Gronovius, aliique non pauci, ne rueret ſcientia.

Pleræque varietates facillime explicantur & reducuntur, ex collatione notarum variabilium varietatis cum naturali planta; Dantur tamen varietates non paucæ, quæ & ingenium, & experientiam expoſcunt.

HELLEBORUS *aconiti folio, flore globoſo croceo.* Amm. rhut. 101. Trollius *humilis flore patulo.* Buxb. cent. 1. p. 15. t. 22. Varietas Hellebori *Trollii.* Fl. ſuec. 474. nectariis longitudine corollæ.

GENTIANA *corolla hypocrateriformi: tubo villis clauſo, calycis foliis alternis majoribus.* Fl. lapp. 94. varietas Gentianæ *fauce barbata.* Fl. ſuec. 203. flore quadrifido & calycinis laciniis alternis duplo latioribus.

FUMARIA *bulboſa radice cava, & non cava, major & minor,* ejusdem ſpeciei eſſe docent Perianthium minutiſſimum, ſpecies congeneres, ſquama gemmæ, foliorum ſtructura, rami ſitus, bracteæ locus, corolla, ſiliqua ſemina, ſtigma, ſed variat bracteis diviſis, & radice, magis minusque cava.

VALERIANA *arvenſis præcox humilis, ſemine compreſſo.* T. *Valeriana arvenſis præcox humilis, foliis ſerratis.* T. *Valeriana arvenſis ſerotina altior, ſemine turgidiore.* Mor. *Valeriana ſemine umbilicato nudo rotundo.* Moriſ. *Valeriana ſemine umbilicato nudo oblongo.* Moriſ. *Valerianella ſemine umbilicato hirſuto majori.* Moriſ. *Valerianella ſemine umbilicato hirſuto minori.* Moriſ. *Valerianella cretica, fructu veſicario.* Tournef. cor. *Valerianella ſemine ſtellato.* C. B.

Has

Has fructu diversissimas, foliis sæpius magis incisas, ejusdem speciei esse, evincit caulis dichotomus, radix annua, structura foliorum, corollæ, seminis.

SCORPIURUS H. C. in distinctis individuis legumine diversissimo, tamen eadem.

Scorpioides siliqua campoide hispida. I. B.
Scorpioides siliqua cochleata & striata ulyssiponensis T.
Scorpioides bupleuri folio, siliquis levibus. Park.
Scorpioides siliqua crassa. Boëlii Ger.

MEDICAGO *leguminibus cochleatis, stipulis dentatis, caule diffuso.* H. C.

scutellata,	*coronata,*	*hirsuta,*	*polycarpos.*
orbiculata,	*doliata,*	*lupulina,*	*dicarpos.*
echinata,	*ciliaris,*	*spinosa,*	*arabica.*
turbinata,	*tornata,*	*rugosa,*	*cretica.*

tam polymorpha fructu in distinctis varietatibus, quam cochleæ ipsæ, quas in hisce imitatur natura ad maris littora.

Finem ludentis polymorphæ naturæ vix attingat Botanicus, qui in varietatibus sese exercere velit.

X. SYNONYMA.

318. Synonyma sunt diversa Phytologorum (6) nomina, eidem plantæ impolita, eaque *Generica* (VII), *Specifica* (VIII) & *Variantia* (IX).

Patres §. 9. conveniebant plerumque in plantarum nominibus, genericis solum contenti.

Commentatores §. 10 ob defectum Descriptionum & Figurarum in Patrum scriptis, varie eorum nomina plantis adplicabant.

Descriptores §. 11. 12. detectis numerosioribus plantis, pro arbitrio nomina imponebant.

C. Bauhinus quadraginta annorum labore, in Pinace 1622, Antecessorum nomina conjungebat & reduxit ad 6000 Species.

Curiosi §. 14. conquirentes undique novas plantas, reddidere numerum earum duplo auctiorem.

Systematici §. 53. in Generum constructione olim maxime dissentientes, secundum falsa genera, falsissima nomina plantis imponebant.

Legibus differentiarum specificarum non datis, Botanici Differentias partim triviales, partim variabiles, omnes lubricas, speciebus imponebant.

G. Sherardus, Anglus, Botanicus insignis, Bauhinii Pinacem continuare allaboravit, sed fato præventus 1728 reliquit opus Dillenio.

Dillenius, Professor Sherardinus Oxoniis, continuavit opus Sherardi in annum, quo obiit, 1747.

Sibthorpius, Successor Dillenii, Pinacem Sherardianum & Dillenianum, etiamnum ineditum, servat & supplet.

Hallerus variis in Operibus Synonomiam absolutam plantarum Helveticarum elaboravit.

Synonymiæ absolutæ opus maxime necessarium est Botanicis:

Unico auctoris nomine detecto, innotescunt omnium.
Evolvi ideoque possunt Descriptiones & Figuræ omnes.
Innotescunt inde omnia quæ beneficio seculi innotuere de planta.

Plura nomina non reddant amplius ideam plurium plantarum.

Specierum synonyma ad Botanicos præcipue spectant; *Varietatum* autem, quæ sæpius superflua, addat qui lubet, ut minuatur specierum falsarum numerus.

319. In

319. In Synonymis nomen optimum agmen ducat, quale sit nomen alius *Selectum* aut Auctoris *proprium*.

Inter Synonyma primum erit Auctoris, sive hoc proprium, sive ab alio desumtum.

Primum Nomen Speciei erit selectum, & inter Synonyma præstantissimum.

Male itaque in fine Synonymorum Auctores nonnulli proprium nomen collocant.

Alsine minor *Fuchs. Lon. Tab.* minor. *Rudb.* minor multicaulis *C. B.* Morsus gallinæ minor *Brunsf.* Spec. 4. *Trag.* ALSINE vulgatissima *Nostra. Brom. chlor.*

Differentias genuinas in nomine receptas alii nominibus specificis vagis & illegitimis postponunt:

Veronica mas supina vulgatissima: *C. B. Seguier. veron. 1. p. 233. Berg. viadr. 76. Ludolf. berol. 212.* Veronica supina vulgaris. *Morif.* Veronica mas serpens. *Dod.* VERONICA caule repente, scapis spicatis foliis ovatis strigosis. *Lin. cliff. 8.* VERONICA, foliis siccis ovatis serratis, caule procumbente, ex alis ramosa. *Haller. helv. 530.*

320. Synonyma eadem conjungantur.

Dupliciter Synonyma proponuntur, vel descendendo ab antiquissimis ad nova vel ascendendo a novis ad prisca.

Descendendo Inventoris nomen aciem ducat, ubi Synonyma secundum *Chronologiam* proponuntur, quam qui elaborare studet, retro ut incedat necesse est: vide Hallerum, Dillenium.

Ascendendo nomina proponunt, qui incipiunt a nominibus genericis recentioribus, desinentes in antiquissima, quod mihi sæpius receptum.

Adscendentia.	Descendentia.
LIMOSELLA. *Fl. lapp. 249. Fl. su. 521. Hall. helv. 609. Wachend. ultraj. 144. Guett. stamp. 1. p. 195. Dalib. paris. 193.*	LIMOSELLA. *Fl. lapp. 249. Fl. su. 521. Hall. helv. 609. Wachend. ultraj. 144. Guett. stamp. 1. p. 195. Dalib. paris. 193.*
Limosella annua. *Lind. alsat. 156. t. 1.*	Plantago aquatica minima. *Clus. hist. 2. p. 110.* * *Park theatr. 1244. Merret. pin. 95. Boerh. lugdb. 1. p. 45.*
Menyanthoides vulgaris. *Vaill. par. 126. Fabreg. V. p. 91.*	

Planta-

Plantaginella. *Rupp. jen. 18. Dill. gen. 113. Buxb. act. 3. p. 271.*

Plantaginella paluſtris. *Bauh. pin. 190. Moriſ. hiſt. 3. p. 605. ſ. 15. t. 2. f. 1. Raj. angl. 237. hiſt. 1077. ſyn. 3. p. 278. Mapp. alſat. 242.*

Plantago aquatica minima. *Cluſ. hiſt. 2. p. 110. Park. theatr. 1244. Merret. pin. 95. Boerh. lugdb. 1. p. 45.*

Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Loeſ. pruſſ. 261. t. 81.*

Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis. *Pluk. alm. 20. t. 74. f. 4. Volk. norib. 22.*

Alſine paluſtris exigua, foliis lanceolatis plantaginellæ aquaticæ inſtar, floſculis albis vix conſpicuis. *Mentz. pug. 2. t. 7. f. 6. Comm. holl. 8. Raj. ſupplem. 498. Tournef. pariſ. 381.*

Ranunculus paluſtris minimus plantaginis folio. *Herm. lugdb. 517.*

Plantaginella paluſtris. *Bauh. pin. 190. Moriſ. hiſt. 3. p. 605. ſ. 15. t. 2. f. 1. Raj. angl. 237. hiſt. 1077. ſyn. 3. p. 278. Mapp. alſat. 242.*

Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Loeſ. pruſſ. 261. t. 81.*

Alſine paluſtris exigua, foliis lanceolatis plantaginellæ aquaticæ inſtar, floſculis albis vix conſpicuis *Mentz. pug. 2. t. 7. f. 6. Comm. holl. 8. Raj. ſupplem. 498. Tournef. pariſ. 381*

Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis. *Pluk. alm. 20. t. 74. f. 4. Volk. norib. 22.*

Ranunculus paluſtris minimus, plantaginis folio. *Herm. lugdb. 517.*

Plantaginella. *Rupp. jen. 18. Dill. gen. 113. Buxb. act. 3. p. 271.*

Menyanthoides vulgaris. *Vaill. pariſ. 126. Fabregow V. p. 91.*

Limoſella annua. *Lind. alſat. 156. t. 1.*

321. Synonyma ſingula novam ordinantur lineam.

Methodo quintuplici ſolent Synonyma ab Auctoribus recitari.

a. Synonyma ſecundum genera.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff. 442. Gron. virg. 115. Roy. lugdb. 86.*

Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth. 302. t. 225. f. 292.*

Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. blæſ. 297.*

Ptarmica virginiana, ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm. 308. t. 53. f. 5. & t. 219. f. 1.*

PſeudoCoſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana flore albo. *Raj. hiſt. 363.*

Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt. 3. p. 41.*

b. Syno-

b. Synonyma per Lineas innovatas.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugd.* 86.

Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292.

Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.

- - - - - - - ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308 *t* 53. *f.* 5. *&* *t.* 219 *f.* 1

PſeudoCoſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363.

Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

c. Synonyma per ſeriem continuatam.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugdb.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297. Ptarmica virginiana, ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *&* *t.* 219. *f.* 1. PſeudoCoſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363. Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

d. Synonyma per excluſionem nominis generici inſequentis.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 115. *Roy. lugdb.* 86. Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Ptarmica virginiana, foliis helenii. *Moriſ. bleſ.* 297. virginiana, ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *&* *t.* 219. *f.* 1. PſeudoCoſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363. Dracunculus latifolius ſ. Ptarmica virginiana, folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.

e. Synonyma per abbreviationem cum parentheſi.

PARTHENIUM foliis ovatis crenatis. *Hort. cliff.* 442. *Gron. virg.* 15. *Roy. lugd.* 86. Partheniaſtrum helenii folio *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292. Dracunculus latifolius (ſ. Ptarmica virginiana (ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *&* *t.* 219. *f.* 1) folio helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.) *hiſt.* 3. *p.* 41. PſeudoCoſtus virginiana ſ. Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt* 363

Receptum eſt (*a*) a me; (*b*) a Mentzel. lex.; (*c*) a plerisque; (*d*) a Dill. giſſ.; (*e*) a Brom. chlor.

322. In Synonymis *Auctor* & *Pagina* ubique ad finem indicanda sunt.

Citatio operis in nominibus plantarum constabit genere & differentia s. *Auctore & Libro.*

Auctoris nomen solum non sufficit, cum idem auctor sæpius plura scripta evulgavit; Fuere etiam sæpius duo vel plures ejusdem nominis vel in posterum possent plures prodire eodem nomine inclarescentes; Sic dudum innotuere duo ejusdem nominis:

Gesneri.	*Ammanni.*	*Rudbeckii.*
Bauhini.	*Knautii.*	*Commelini.*
Camerarii.	*Volkamerii.*	*Magnolii.*
Hermanni.	*Horstii.*	*Triumfetti.*
Jussiæi.	*Mylleri.*	*Montii.*
Scheuchzerii.	*Cordii.*	*Besleri.*
		Hoffmanni.

Opus solum pro citatione non sufficit, cum plurima vel prodiere dudum, vel prodibunt in posterum, sub eodem nomine, quæ ansam confusionis præbent futuris seculis, nisi Auctor addatur.

Hort. lugdb.	Hort. Patav.	Flor. Parisin.
Vorstii	*Cortusi*	*Cornuti*
Pavii	*Guilandini*	*Tournefortii*
Schyylii	*Schenckii*	*Vaillantii*
Hermanni	*Vesslingii*	*Fabregouii*
Boerhaavii	*Marcelli*	*Dalibardi.*
Royeni.	*Turrei*	

Proprii Auctores solent excludere proprium nomen & tantum operis mentionem injicere, vel, quod minus placet, etiam tantum ejusdem literas initiales; hoc ab aliis non erit imitandum:

(Dill.) *Catal. Giss.*	vel C. G.
Hort. Eltham.	- - H. E.
Hist. Muscor.	- - H. M.

Compendiosissime & unico vocabulo nominetur opus, cujus litera initialis erit parva, Auctoris vero majuscula, ne citatio evadat diffusior, tamen evidens.

Pagina addatur ultimo, ut facilius evolvatur planta.

323. In completo Synonymorum cohorte *Inventorem* Afferiſco notare placet

Difficile hoc fit antequam nova Synonymia & abſoluta prodeat.

Multum lucis adferret ejusmodi nota in Chronologia plantarum, ne quæratur apud aut quos a recentioribus detecta planta, præſertim ſi Synonyma collocentur ſecundum genera §. 321.).

324. Nomina Regionum vernacula vel excludenda vel ad Finem Synonymorum collocanda ſunt.

Nomina cujusvis loci vernacula in Floris ſpecialibus multum lucis accendunt, non modo ut facilius ab incolis addiſcantur plantæ, ſed & ut ex vulgi nomine, ſæpius ingenioſo, natura plantæ innoteſcat.

Barbara nomina ad finem Synonymorum collocentur, uti RHEEDI *Malabarica*, HERMANNI *Zeylanenſia*, KÆMPFERI *Japonica*, HERNANDI *Mexicana*, MARCGRAVII *Braſilienſia*, RUMPFII *Amboinenſia*.

XI. ADUM-

XI. ADUMBRATIONES.

325. ADUMBRATIONES Historiam plantæ continent, uti *Nomina* (VII), *Etymologias* (231-242), *Classes* (II), *Characteres* (VI), *Differentias* (VIII), *Varietates* (IX), *Synonyma* (X), *Descriptiones* (326), *Icones* (332), *Loca* (334), *Tempora* (335).

Methodus demonstrandi proposita in *Syst. Nat. 6. p. 222.* sistit ordinem, secundum quem plantæ historia concinnari debet.

Continebit Adumbratio omnia, quæ ad *Historiam plantæ* pertinent, uti ejusdem Nomina, Signa, Faciem, Naturam & Usum.

326. DESCRIPTIO (325) est totius plantæ character naturalis, qui describat omnes ejusdem partes externas (80. 81. 82. 83. 84. 85. 86.)

Perfecta Descriptio non adquiescat more recepto in *Radice*, *Caule*, *Foliis*, & *Fructificatione*, sed etiam probe observabit *Petiolos*, *Pedunculos*, *Stipulas*, *Bracteas*, *Glandulas*, *Pilos*, *Gemmas*, *Foliationem* & *Habitum* omnem.

RICINUS foliis peltatis serratis, petiolis glanduliferis *Hort. cliff. 450.*

Radix *ramosa*, *fibrosa*.

Caulis *erectus*, *teres*, *viridis*, *articulatus*, *inanis*, *lævis*: *striis sparsis longitudinalibus*, *superne flexuosus*, *altus orgyam unam alteramve*.

Rami *solitarii*, *ex axillis superioribus foliorum*, *cauli similes*, *altiores*; ex inferioribus axillis *breviores*, *vel marcescentes*, *vel seriores* Rami.

Folia *alterna*, *peltata*, *novemlobata*: *Lobis exterioribus majoribus*, *magis angulatis*; *Nervis totidem ab umbilico ad loborum apices excurrentibus*; *obtusiuscule inæqualiter serrata*, *reticulato venosa*, *utrinque lævia*, *supra glabra*, *disco extrorsum versa*.

Hæc *ante explicationem plicata*, *serraturis glandulosis*.

Petio-

Petioli *teretes, læves, patentes, ſeſſiles, filiformes, longitudine foliorum, patentes.*

Glandula *ſupra baſin petioli: latere ſuperiori, obtuſa, ſolitaria.*
Glandulæ *binæ peltatæ, in apice petioli: latere ſuperiori.*
Glandulæ *duæ oppoſitæ, ad baſin petioli, in caule.*

Stipula *petiolo oppoſita, membranacea, glabra, ſolitaria, caulem ambiens ad petiolum usque, concava, acuta, decidua.*

Pedunculus *ramos terminans, e regione petioli inter ramum & ſtipulam, erectus, nudus, adſperſus Umbellulis alternis, ſeſſilibus.*

Involucrum *umbellulæ triphyllum, membranaceum, minimum, inæquale, marceſcens.*

Umbellulæ *inferiores multifloræ, maſculæ; ſuperiores pauciores, unifloræ, femineæ.*

Pedicelli *alternatim excreſcentes deflorentesque.*

Flores *Maſculi pedicellis longioribus inſidentes.*

Maſculi. Calycis Perianthium *monophyllum, quinquepartitum: laciniis ovatis, concavis.* Corolla *nulla.* Staminum Filamenta *varia, filiformia, ramoſa & ſubramoſa, calyce longiora.* Antheræ *ſubrotundæ, didymæ.*

Feminei. Calycis Perianthium *monophyllum, tripartitum, deciduum: laciniis ovatis, concavis.* Corolla *nulla.* Piſtilli Germen *ovatum, tectum ſpinis ſubulatis inermibus.* Styli *tres, bipartiti, erecto-patentes, ſubulati, hiſpidi, purpuraſcentes.* Stigmata *ſimplicia.* Capſula *ſubrotunda, triſulca, obſolete triangularis, undique aculeata, trilocularis, trifariam dehiſcens, elaſtica.* Semina *ſolitaria, ſubovata, maculis inæqualibus.*

327. Deſcriptio (326) compendioſiſſime, tamen perfecte, terminis tantum artis, ſi ſufficientes ſint, partes depingat ſecundum *Numerum, Figuram, Proportionem, Situm.*

Character Naturalis ſpeciei eodem modo, quo generis (167), confici debet, ſed admittat notas plures accidentales, quam Generis character.

Notæ characteriſticæ Deſcriptionis primariæ ſemper obſervandæ in omni parte plantæ; ſunt *a) Numerus, b) Figura, c) Proportio, d) Situs.*

PHARNACEUM glabrum, pedunculis folia æquantibus. Alsine *Amm. rhut. 84. Roſtochii frequens.*

Radix *a. unica. b. filiformis, ſubramoſa. c. albida. d. perpendicularis.*

Caules *a. plures, b. filiformes, teretes, glabri, geniculati: articulis nudis, c. digitales, d. erectiuſculi, demum procumbentes, e. incarnato-colorati, pellucidi.*

Rami *a. variſſimi, b. facie caulis, c. caule altiores, d. ad genicula enati.*

Folia radicalia *a. numeroſa, b. linearia, integerrima, avenia, ſucculenta, ſubtus convexa, margine obtuſiuſcula, apice ſubacuminata, c. longitudine ſæpius articulorum caulis, d. inferiora ſenſim breviora.*

Caulina Folia *d. verticillata, a. terna, quaterna, plurave, b. radicalibus ſimillima, figura & c. magnitudine.*

Pedunculi *a. ſolitarii, varius bini, b. filiformes, c. articulis paullo breviores, anguſtioresque, d. e geniculo inter folia enati, deſinentes apice Pedicellis a. duobus tribusve, b. capillaribus, nudis, apice unifloris c. inæqualiter prodeuntibus, florentibusque, d. baſi articulatis, abſolutaque floreſcentia dependentibus.*

Bracteæ *a. numero pedunculorum, b. ovatæ, c. minimæ, d. ad baſin pedunculi communis & partialium.*

Florum *Calyx.* Perianthium *a. pentaphyllum: b. foliolis ſubovatis, concavis, c. æqualibus, d. baſi læviſſime unitis.* Corolla *nulla vel calyce unita (cum Perianthium ſub floreſcentia margine & interiore latere niveum).* Staminum filamenta *a. quinque, b. ſubulata, c. longitudine calycis, d. receptaculo inſerta.* Antheræ *a. ſolitariæ, b. baſi bifidæ, c. breviſſimæ, d. diviſura annexæ.* Piſtilli Germen *a. unicum, b. ovatum, trigonum. c. breviſſimum.* Styli *a. tres, b. filiformes, c. longitudine ſtaminum.* Stigmata *b. obtuſa.* Pericarpii Capſula *b. ovata, obſolete trigona, c. longitudine calycis, d. calyce tecta, trilocularis, trivalvis.* Semina *a. numeroſa, b. orbiculata, depreſſa, margine acuto cincta, nitida, c. parva, d. columellæ affixa.*

328. Deſcriptio ordinem naſcendi ſequatur.

Ordo Deſcriptionis ſecundum ordinem partium plantæ incedat. Latitudinem interdum admittit hæc regula, ſed non omnimodam.

Male

Male primum cirrhi, dein *pedunculi*, tum *glandulæ*, demum *folia*, tandem *caulis*, ultimo *petioli* promiscue proponerentur.

Præstat naturam sequi a *Radice* ad *Caulem*, *Petiolos*, *Folia*, *Pedunculos*, *Flores*.

TILIA. *Hort. cliff.* 204.

Radix; Caudex *descendens*, *divaricatus*, *ramosissimus*, *teres*, *flexuosus*, *epidermide decidua*: Radiculis *capillaribus*, *flexuosis*, *subramosis*.

Caudex adscendens *arboreus*, *teres*, *ramosissimus*: cortice *crassо*, *porosо*, *tectus* Epidermide *in antiquo striato-rimosa*, *in tenello lævi*, *glabra*: ramis præcedentis anni instructis gemmis alternis.

Gemmæ *ovatæ*, *prominentes*, *constructæ Squamis duabus*, *alternis*, *oblongo-ovatis*, *obtusis*, *convolutis*, *subcarnosis*, *stipulaceis*.

Stipulæ *gemmaceæ oppositæ*, *ovatæ*, *glabræ*, *integerrimæ*, *concavæ*, *involventes folia & caulem*.

Caulis *simplicissimus*, *teres*, *subflexuosus a folio ad folium*, *decumbenti-patens*, *lævis*, *adspersus punctis aliquot vagis obsoletis*.

Folia tenella *conduplicata*, *secunda*, *rugosa*, *villosa undique*; adulta *cordata*, *nervosa*, *venosa*, *inæqualiter serrata*, *acuta*, *supra glabra*, *pilis vix conspicuis adspersa*, *subtus in axillis vasorum majorum barbata*.

Petioli *teretiusculi*, *læves*, *folio breviores*, *fere distiche prodeuntes*, *interjectis spatiis folio brevioribus*.

Pedunculi *solitarii*, *petiolo laterales*, *longiores*, *filiformes*, *apice trifidi*: *lateralibus trifidis*, *extremitatibus unifloris*; Flosculi *adeoque septem*, *altitudine æquales*.

Bractea *lanceolata*, *obtusiuscula*, *albo-colorata*, *integerrima*, *longitudine pedunculi*, *a basi ad medium longitudinis pedunculo unita*.

Floris Perianthium *quinquepartitum*, *concavum*, *colorato-flavescens*, *magnitudine ferme corollæ*, *deciduum*. Corollæ Petala *quinque*, *oblonga*, *obtusa*, *apice crenata*, *flavo-albicantia*. Staminum Filamenta *plurima*: *triginta vel quadraginta*, *setacea*, *receptaculo inserta*, *longitudine corollæ*. Antheræ *subrotundæ*. Pistilli Germen *subglobosum*, *hirsutum*. Stylus *cylindricus*, *altitudine staminum*. Stigma *obtusum*, *pentagonum*. Pericarpium *coriaceum*, *globosum*,

quinqueloculare, quinquevalve, basi dehiscens. Semina *solitaria, subrotunda.*

Cotyledones *quinquefidi, extremis & media longioribus.* I. B.

329. Descriptio distinctas partes plantarum in distinctis paragraphis tradat.

Partes plantarum in descriptione æque distinctæ evadant ac in ipsa planta.

Majusculis literis pingantur omnes Partes plantæ, at partium partes minusculis, & a vulgaribus diversis.

Usus inde resultat, quod non modo partes a Lectore facilius reperiantur, sed & quod omissa facilius in descriptione perspiciantur.

Tædiosius nihil descriptione amplissima, quam nec paragraphi, nec majusculæ literæ, secundum partes plantæ, distinguunt.

PASSIFLORA foliis trilobis cordatis pilosis, involucris multifido-capillaribus, *Amoen. academ. 228.*

Radix *fibrosa, annua.*

Caulis *teres, plus quam humanæ altitudinis, debilis: Pilis patentissimis, inæqualibus, albis adspersus.* Rami supra *axillas spatio remoti, caulem structura imitantes.*

Folia *alterna, remota spatiis longitudine foliorum, cordata, obsolete triloba, basi quinquenervia, venosa: venis diaphanis, integerrima, obscure ciliata: Setis glanduliferis; Pilis erectis albis, utrinque adspersa; ante explicationem tri plicata.*

Petioli *teretes, similiter pilosi, patentes, folio dimidio breviores, supra parum planiusculi;* glandulis *subulatis, alternis, erectis, longitudinaliter dispositis in supina parte.*

Stipulæ *lunares, amplexantes caulem, persistentes, nudæ ciliatæ:* glandulis *subulatis, longitudine stipularum.*

Cirrhi *filiformes, patentes, axillares, pilosi, supra medietatem spiraliter convoluti & revoluti, foliis longiores.*

Pedunculi *axillares, cirrho laterales, solitarii, erecti, teretes, petiolo breviores, pilosi, terminati involucro.*

Involucrum *triphyllum, lineare, pinnatifidum, pilosum, ciliatum glandulis subulatis, persistens, uniflorum.*

Flos *sessilis, calyce pentaphyllo, piloso, mucronato* &c.

330. Descriptio justo longior aut brevior, utraque mala est.

Longa

Longa nimis evadit descriptio, cum Color viridis in Herba, Mensura partium, & similia, facillime variantia, diffusa oratione proponuntur.

Breviores justo evadunt Descriptiones, cum excluduntur notæ singulares, & partes essentiales Herbæ, licet minimæ, uti Stipulæ, Bracteæ, Glandulæ, Pili & similia.

LINI descriptio sit exempli loco:

A. Brevissima & imperfecta *Dodonæi*:

Radices *exiles*. Culmi *seu virgæ tenues, rotundæ*. Folia *oblonga, angusta, acuminata*. Flores *in summis virgis, speciosi, cærulei*. Vascula *parva, rotunda, orbiculata*. Semen *aliquatenus oblongum, læve, glabrum, splendens, ex fulvo-punicans*.

B. Longissima superflua & inanis.

Radices *angustæ, subdivisæ, intra terram reconditæ*.

Caules *erecti, rotundi, virides, bipedales vel tripedales, ramosi*: Ramis *caule dimidio brevioribus*.

Folia *angusta, viridia, acuta, plurima, uncialia, ad angulum acutum a caule discedentia, basi affixa, non tomentosa, aut villosa; superiora folia tantum seminncialia sunt & quatuor lineas lata; inferiora tres lineas lata, at suprema vix duas lineas adtingunt in latitudine*. Pedunculi *simplices, unciales vel sesqui-unciales, crassitie vix dimidiæ lineæ*. Flores *in summitatibus ramorum, ampli, patentes* &c. ut pag. 133.

C. Naturalis & legitima descriptio:

Radix *simplex, perpendicularis, flexuosa, pallida*: radiculis *lateralibus capillaribus*.

Caulis *simplex, perpendicularis, teres, filiformis*.

Folia *alterna, sessilia, lanceolata, obsolete trinervia, acuminata, erectiuscula, utrinque glabra: subaxillaria paullo majora*.

Rami *ex axillis foliorum summorum, erecti, foliis minoribus instructi*; rudimenta *ramorum marcescentia ex axillis foliorum inferiorum*.

Pedunculi *foliis oppositi, eisque longiores, filiformes, nudi, terminati* Fructificatione *solitaria, in generibus descripta*.

Cotyledones *quasi quatuor, cruciatim oppositi, quorum duo inferiores subovati, superioribus duplo latiores*.

331. Menſura Magnitudinis, a manu deſumta, in plantis convenientiſſima eſt.

Menſuram plantarum ſecundum ſcalam geometricam & quidem adcuratiſſimam, in partibus plantarum deſcribendis, introduxit Tournefortius, quem ſecuti ſunt aſſeclæ, ut eſſentia deſcriptionis conſiſteret in adcuratiſſima menſura geometrica.

Variare plantas in partium longitudine & latitudine, magis quam in re alia quacunque, cuique in Botanicis verſato eſſe notiſſimum nullus dubito.

Admitto rariſſime aliam menſuram, quam proportionalem, inter plantæ partes diverſas, ubi pars hæc vel illa, longior aut brevior, latior aut anguſtior ſit altera.

Si vero Menſura vel ſcala aſſumenda ſit, non judico opus eſſe, ut ejusmodi ſcala a Botanico circumferatur, ſed ut menſuretur a manu, vel ſtatura hominis.

CAPILLUS eſt diameter Crinis.
Lineæ pars duodecima.

LINEA eſt Lunulæ longitudo, ab unguis radice verſus unguem extenſa (non vero in Pollice).
Linea una Menſuræ pariſinæ.

UNGUIS eſt longitudo Unguis.
Lineæ ſex, ſive uncia dimidia.

POLLEX eſt longitudo aut diameter extimi articuli Pollicis.
Uncia una pariſina.

PALMUS eſt diameter quatuor digitorum transverſorum parallelorum, demto pollice.
Unciæ tres pariſienſes.

DODRANS eſt ſpatium inter apicem Pollicis & Digiti minimi extenſum.
Unciæ novem.

SPITHAMA eſt ſpatium inter apicem Pollicis & Indicis extenſum.
Unciæ ſeptem.

PES menſuratur a flexura cubiti ad baſin Pollicis.
Unciæ duodecim.

CUBITUS a flexura cubiti ad extimum apicem digiti intermedii.
Unciæ ſeptendecim.

BRACHIUM ab axillâ ad apicem Digiti intermedii.
Unciæ viginti quatuor.

ORGYA

ORGYA, Hexapoda, seu Humana altitudo est mensura inter manus expansas.

Pedes Sex.

332. Icones magnitudine & situ naturali depingendæ sunt.

Veterum icones sistunt maximas Arbores & minimas Alsines sub eadem magnitudine; Procumbentes & Repentes plerumque erectas pingunt, quod sedulo vitandum.

Cum magnitudo nequeat depingi in plantis maximis, præstat Ramulum porrigere, & plantam integram in compendio juxta partem sistere; uti *Ehretæ* in Napæa t. 8. Hibisco t. 6. Verbena t. 14. & Martynia t. 1.

Fundamentales figuræ §. 11. præsertim Plumerianæ, facillime elaboratæ, plantas optime repræsentant.

Ligneæ figuræ §. 11. olim usitatissimæ, præsertim Rudbeckianæ, certabant cum æneis, sed opera Botanica reddidere minus pretiosa; nunc antiquatæ sunt non sine impensis Botanicis.

Pictor, *Sculptor* & *Botanicus* æque necessarii sunt ad figuram laudabilem; Si alter horum peccet, evadit figura vitiosa. Hinc Botanici, qui una exercuere artem & pictoriam & sculptoriam, præstantissimas figuras reliquerunt.

333. Icones optimæ omnes plantæ partes, licet minimas etiam fructificationis, exhibeant.

Minimis in partibus, præsertim Fructificationis, latent numerosissimæ & præstantissimæ Differentiæ, quæ Speciem maxime distinguunt.

Pili, Glandulæ, Stipulæ, Stamina & Pistilla, in veterum figuris exclusa, nunquam in Icone omittenda, si evadet digna.

334. LOCA natalia plantarum respiciunt *Regionem*, *Clima*, *Solum* & *Terram*.

Horticulturæ fundamentum dependet a Loco plantarum, unde Canones & Principia artis formanda, quod demonstravi in *Actis Stockholm. 1739. p. 1.*

Millerī The Gardener's Dictionary tradit specialem culturam singulæ plantæ; at nimis diffusa & onerosa esset hæc Methodus Horticulturæ per omnes plantarum detectas species.

Habitationes plantarum ex Loco patescunt, quibus constat unde Plantarum species conquirendæ, pro Herbariis, Hortis, Medicina & Oeconomia.

REGIO tradat Regnum, Provincias, Pagos, & ubi rarissimæ plantæ, loca specialissima.

CLIMA habet tres dimensiones, Latitudinem, Longitudinem & Altitudinem Loci.

Latitudo est ab Æquatore vel *Borealis* vel *Australis*, utraque gradibus divisa 90.

Longitudo communiter ab Insula *Ferro* Canariensium ad eandem numerat 360.

Altitudo perpendicularis est terræ mensura a mari, versus summa cacumina Alpium.

Mensuratur *Barometro* secundum elevationem loci perpendicularis descendente, cujus scala ex mensura anglicana hæc est:

uncia	.	½ hexapoda	63
	1	½	133
		½	208
	2	½	290
		½	377
	3	½	471
		½	570
	4	½	676
		½	787
	5	½	905
		½	1028
	6	½	1158
		½	1293
	7	.	1435.

Vaillantius inter primos Climata assumsit in loco natali plantarum, sed unice latitudinem respexit. e. gr. Panax foliis ternis quinatis sub latitudine 45. 46. Non vero sufficere solam latitudinem patet ex locis dissitis, diversissimas plantas proferentibus; multo minus longitudinem.

Latitudines *Romæ* Italiæ, *Pechini* Chinæ, *Noveboraci* Americes, sub eodem gradu Boreali ferme sitæ sunt.

Roma 41:51. Pekin 39:55. Noveboracum 41:0.

Similiter *Palæstina* & *Florida* Boreales.

Cafferia & *Chili* Australes.

latitudine fere conveniunt (Cap. Bon. Sp. 34:15. Jerusalem 31:40.) sed diversissimas plantas alunt.

Longitudine conveniunt *Promotorium septentrionale* (Nord-Cap), *Upsalia*, *Roma*, *Caput Bon. Sp.* plantis diversissimis.

Alti-

Altitudo magis conveniens eſt pro habitatione plantarum.

Aquaticæ plantæ Indicæ cum Europæis ſæpe conveniunt, uti *Utricularia*, *Droſera*, *Aldrovanda*, *Nymphæa*, *Sagittaria*.

Alpinæ Plantæ Lapponiæ, Groenlandiæ, Sibiriæ, Helvetiæ, Walliæ, Pyrenæorum, Olympi, Ararat, Braſiliæ, licet remotiſſimæ, ſæpe eædem ſunt.

Strata Telluris ſupra aquam ubique, ni fallor, eadem & eodem ordine poſita ſunt: ſupremum *Petra*, dein *Schiſtus*, tum *Marmor*, demum *Schiſtus*, tandem *Cos.* It. wgoth. 77.

Sit pratum mari paullo altius plantis pratenſibus uberrimis refertum, elevetur adjacens magisque a mari remota terra, mox aliæ plantæ & ſylveſtres hanc operient, cujus exempla in *It. ſcan.*

SOLUM reſpicit Telluris naturam:

MARE aqua falſa refertum, occultat plantas radicibus deſtitutas, per poros nutriendas, frigoris impatientes:

Fucus. *Najas.* *Ulva.*
Zoſtera. *Ceratophyllum.* *Spongia.*

LITTORA maris Arenâ ſive Sabulo, ſale imprægnato, maris fluctibus ventisque expoſita, alunt proprias plantas.

Salicornia *Crambe* *Glaux*
Salſola *Beta* *Triglochin*
Cakile *Atriplex* *Statice*
Anaſtatica *Eryngium* *Iſatis*
Scriphium *Samolus* *Hippophaë.*
Arenaria mar. *Centaur. minus.*

FONTES ſcaturiunt aqua gelida, puriſſima;

Mnium Fl. ſu. 913. *Fontinalis* *Angelica*
Montia *Hippuris* *Petroſelinum.*
Beccabunga.

FLUVII aquam puram, ſubfrigidam, motu agitatam vehunt.

Potamogeton *Sparganium* *Ranunculus capill.*

RIPÆ Fluviorum & Lacuum hyeme ſub aqua reconditæ.

Phalaris. Fl. ſu. 48. *Hydrocotyle* *Alſima*
Lycopus *Limoſella* *Lyſimachia.*
Scutellaria *Ranunculus* Fl. ſu. 459.
Lythrum
Eupatorium.

LACUS aqua pura repletæ, fundo consistenti gaudent.

Isoëtes	*Lobelia Dortman.*	*Arundo*
Subularia	*Spongia*	*Scirpus*
Plantago monanth.	*Nymphæa*	*Elatine minim.*

STAGNA & Fossæ fundo limoso & aqua quieta sunt repleta.

Chara	*Typha*	*Cicuta*
Stratiotes	*Butomus*	*Sium*
Elatine verticillat.	*Sagittaria*	*Phellandrium*
Vallisneria	*Hydrocharis*	*Rumex britann.*
Callitriche	*Nymphoides.*	*Ranunculus.* 457.

PALUDES humo lutosa laxa & aqua referta, æstate siccescunt.

Carex	*Sceptr. carolin.*	*Myrica.*
Menyanthes	*Scheuchzeria.*	*Calla.*

CESPITOSÆ Paludes, refertæ humo mixta Sphagno, tectæ tuberibus, cinctæ aqua limosa, profunda.

Sphagnum	*Ledum*	*Lichen* Fl. su. 936.
Scirpus. Fl. su. 42.	*Tetralix*	
Eriophorum	*Andromeda*	
Rubus Fl. su. 413.	*Oxycoccus.*	

INUNDATA loca hyeme repleta aqua, æstate putrida exsiccata, imbribus interdum suffusa.

Peplis	*Cypripedium*	*Saccharum*
Bidens	*Tamarix*	*Oryza.*
Filago. Fl. su. 676.		

ULIGINOSA mihi sunt loca spongiosa, aqua putrida laborantia, colonis invisa, nec segetis, nec fœni proventui apta, innotescentia propriis plantis.

Primula Fl. su. 162.	*Pedicularis*	*Ulmaria*
Valeriana Fl. su. 31.	*Anthericum ossifr.*	*Comarum*
Cynosurus Fl. su. 82.	*Potentilla frutic.*	*Pinguicula*
Aira Fl. su. 71.	*Vaccinium.* 312.	*Burmannia*
Cardamine Fl. su. 562.		*Selinum palustre.*

ALPES, Montes altissimi, intrantes Aëris secundam regionem, Arboribus spoliati, summis cacuminibus nive perenni tectis, convallibus humo cespitosa repletis.

Dryas	*Pedicularis alp.*	*Crocus*
Sibbaldia	*Ranunculi alp.*	*Soldanella*
Diapensia	*Arbutus* Fl. su. 340.	*Betula nana.*
Azalea	*Alchemilla* digit.	*Silene* Fl. su. 368.
Andromedæ.	*Rumex* Fl. su. 294.	*Veronica* Fl. su. 13.
	Bartsia. 575.	*Viola* Fl. su. 720.
	Thalictrum Fl. su. 455.	*Gentianæ* F. s. 201. 204.

RUPES

RUPES conſtant petris, murisve præruptis aridiſſimisque.

Aira. Fl. ſuec. 64.	*Polygonatum*	*Capparis*
Aloë	*Aſclepias*	*Cymbalaria*
Meſembryanthem.	*Melica*	*Clinopodium*
Sedum.		*Origanum.*

MONTES & Colles ſabuloſi, aridi, ſteriles, aquam vix admittunt.

Aſperula cynanch.	*Jaſione*	*Gnaphalium*
Oreoſelinum	*Carlina*	*Vaccinia rubra.*
Arnica	*Cneorum*	*Veronica maj.*
	Lithoſpermum	*Melampyr.* Fl. ſu. 510.

CAMPI aprici ventibus expoſiti, ſicci, aſperi ſunt.

Artemiſia campeſtris	*Buphthalmum*	*Gentianella*
Pulſatilla	*Adonis lutea*	*Daucus*
Stellaria	*Medicago falcat.*	*Bellis*
Theſium	*Uva urſi*	*Locuſta*
Draba	*Myoſotis*	*Echium.*

SYLVÆ umbroſæ terra ſabuloſa ſterili refertæ.

Hypnum 872.	*Pyrolæ*	*Empetrum*
Linnæa	*Trientalis*	*Erica*
Sibthorpia.	*Pulſatill. ſylv.*	*Melampyrum.* Fl. ſu. 514.
		Solidago.

NEMORA ad radices montium, inter Lucos, humo ſpongioſa tecta, umbroſa ſemper, exhalantia continuo aërem humidiuſculum, ventis minime expoſitum, Plantas Vernales, frigoris & caloris impatientes, alunt.

Lathræa	*Hepatica*	*Actæa*
Martynia	*Anemone*	*Aſarum*
Dentaria	*Pulmonaria*	*Galanthus*
Adoxa	*Orobus vern.*	*Leucojum*
Oxalis	*Paris*	*Agrimonoides*
Fumaria bulboſa	*Daphne*	*Amomum*
Lunaria	*Prenanthes*	*Struthiopteris.*
Impatiens	*Mercurialis*	*Convallaria vertic.*
Cardamine Fl. ſu. 561.	*Allium urſin.*	*Galeobdolon*
Milium	*Chryſoſplenium.*	*Alſine* Fl. 371.
Epimedium	*Aſperula odor.*	*Sanicula*
Melampyrum Fl. 512.	*Ranunculus ficar.*	*Cyclamen.*

PRATA

PRATA Herbis luxuriantia, campis depreſſis, convallibusque conſtant.

a. Fertilia	*b.* Exſucca	*c.* Humidiuſcula
Lotus	*Briza*	*Alopecurus* Fl. 52.
Trifolium rubr.	*Lagopus*	*Succiſa*
Scorzonera	*Hypochœris*	*Lychnis paluſtr.*
Campanula	*Lilium convall.*	*Geum paluſtr.*
Millefolium	*Viſcaria*	*Fritillaria*
Rhinanthus	*Biſtorta ſobolif.*	*Thalictrum* Fl. ſu. 453.
Linum cathartic.	*Agrimonia*	*Opulus*
Lathyrus lut.	*Helianthemum*	*Frangula*
Melampyr. 513.	*Geranium ſangv.*	*Dulcamara*
Galium luteum	*Arnica*	*Clymenum pariſ.*
Ranunculus acris.		*Parnaſſia.*

PASCUA differunt a pratis, quod ſteriliora, ſicciora & magis ſabuloſa.

Tormentilla	*Euphraſia*	*Ranunculus lanceol.*
Pimpinella	*Brunella*	*Poa.* Fl. ſuec. 78.
Sagina.		

ARVA conſtant agris requietis:

Aira Fl. ſuec. 72.	*Eryſimum* Fl. ſu. 555.	*Chæmæpithys*
Aphanes	*Tribulus*	*Leontice*
Anagallis	*Scandix*	*Lathyr. tuberoſus.*
Myoſurus	*Myoſurus*	*Ononis*
Rumex haſtat.	*Anthemis*	*Thlaſpi.*
Campanula Rap.		
Fumaria vulg.		

AGRI terra ſubacta læta gaudent.

Chryſanthemum ſeget.	*Vicia Cracca*	*Lycopſis*
Ranunculus echinatus	*Androſace major*	*Conium*
Melampyr. ſeget.	*Convolvulus*	*Siſon*
Galeopſis	*Helxine ſcand.*	*Anethum*
Sinapis arvenſ.	*Bromus* Fl. 84.	*Nigella*
Napus	*Lolium annuum*	*Pſyllium*
Hypecoum	*Triticum* Fl. 105.	*Adonis bulboſa.*
Agroſtemma	*Stachys paluſtr.*	
Cyanus		
Delphinium		

VERSURÆ

VERSURÆ ſ. Margines agrorum, tanquam prata ſtercorata conſiderantur.

Feſtuca Fl. ſuec. 91.

		Pomaria
Lolium perenne	*Anchuſa*	*Ægopodium*
Scabioſa	*Cerinthe*	*Chærophyllum*
Cichorium.	*Heliotropium*	*Chelidonium.*

CULTA in Hortis Terra, ſubacta, mixta fertiliſſima, promovet plantas Hortulanis inviſas, inter olera luxuriantes.

Urtica annua	*Aparine*	*Sonchus*
Alſine vulg.	*Æthuſa*	*Euphorbia annua*
Chenopodium		*Lamium.*

FIMETA ex ſtercore animalium congeſta:

Urtica maj.	*Xanthium*	*Ricinus*
Perſicaria	*Blitum*	*Datura.*
Aſperugo		

RUDERATA juxta domos, habitacula, vias ac plateas.

Hyoſcyamus	*Solanum*	*Cynogloſſum*
Abſinthium	*Ballote*	*Lappula*
Chenopodium 209.	*Marrubium*	*Caucalis*
Plantago	*Cardiaca*	*Polygonum.*
Verbaſcum	*Eryſimum* Fl. 554.	

TERRÆ plantis faventes, ſunt *Humus*, *Arena*, *Argilla* & *Creta*.

HUMUS tenuiſſima eſt plantarum alimentum primarium, obſervante *Kylhelio*.

Plantæ itaque pleræque humo delectantur, ubi conſtat experimento Hortulanorum.

ARENA ſicca, friabilis, ſiticuloſa eſt.

a. Arena mobilis. S. N. 2.

Arundo Fl. 102.
Elymus Fl. 106.
Carex. Fl. 749.

b. Arena farinacea. S. N. 1.

Erica
Pinus
Iberis. Fl. ſu. 536.

c. Arena vulgaris.

Aſparagus
Scleranthus
Pegamum
Ornithopus
Ulex
Ceratocarpus

d. Arena fabuloſa, montoſa.

Herniaria
Digitalis
Acinos
Serpillum
Androſace. Fl. ſu. 160.
Radiola.

ARGILLA tempeſtate humidâ unctuoſa, ſiccâ autem tempeſtate indurata eſt.

Thlaſpi

Thlaspi Fl. su. 531. *Medicago* Fl. su. 621. *Hormium glutinos.*
Papaver *Tragopogon* *Anthyllis.*
Rhœas *Blattaria.*
Persicaria amphib.

CRETA in collibus siccissimis, aridissimis:
Hippocrepis *Verbena* *Reseda vulgaris.*
Onobrychis *Campanula* H. cliff 4. *Cheiranth. luteus.*
Trifol. capit. asp.

Dignoscitur sic ex sola inspectione plantarum subjecta terra & solum.

Potentilla vulgaris colorem argenteum foliorum induens, indicat in terra latente argillam.

Melampyrum Fl. su. 510. montosa
- - - - - - - 511. agros
- - - - - - - 512. nemora
- - - - - - - 513. prata
- - - - - - - 514. sylvas

Pedicularis Fl. suec. 504 uliginosa
Aira Flor. suec. 71. turfas indicat.

335. Tempus Vigendi, Germinandi, Frondescendi, Efflorescendi, Vigilandi, Fructescendi, Defoliandi indicat Clima.

GERMINATIO est tempus, quo Semina terræ mandata eadem excludunt, in cotyledonum proventum, de quo p. 112.

Winkler. C. K. Chronica Herbar.
Dieb. 3. *Napus*, *Eruca*, *Blitum.*
4. *Anethum.*
5. *Lactuca.*
6. *Raphanus*, *Cucumis.*
7. *Hordeum.*
8. *Atriplex.*
15-20. *Faba.*
19-20. *Cæpa.*
40-50. *Apium.*

Rudbeck. propag. plant. 54.
Dieb. 1. *Milium*, *Triticum.*
3. *Faba*, *Sinapis*, *Rapa.*
Spinachia, *Phaseolus.*
4. *Lactuca.*
5. *Cucumis*, *Cucurbita*, *Nasturtium.*

6. *Beta*

6. *Beta.*
10. *Braſſica.*
30. *Hyſſopus.*
40. *Petroſelinum.*

Anno. 1. *Perſica, Amygdalus,*
Juglans, Caſtanea, Pæonia.
2. *Cornus, Avellana.*

FRONDESCENTIA eſt tempus æſtatis, quo ſpecies ſingulæ plantarum prima Folia explicant. e. gr.

1748. Upſaliæ
April. 28. *Ribes* Fl. 195.
Maji 4. *Padus* 396.
10 *Euonymus* 133.
11. *Spiræa* Hort. I.
12. *Cratægus* 7.
Populus 819.
13. *Sambucus* 150.
17. *Quercus* 784.
18. *Fraxinus* 830.

1749. Upſaliæ
April. 29. *Ribes* 195.
Maji 2. *Syringa* H. 6.
3. *Betula* 776.
4. *Padus* 396.
6. *Fagus* 785.
8. *Tilia* 432.
10. *Quercus* 784.
12. *Carpinus* 786.

1750. Landscronæ
Febr. 26. *Groſſularia*
1. Mart. 8. *Sambucus*
9. *Ribes rubr.*
10. *Philadelphus*
11. *Syringa*
12. *Roſa*
13. *Oxyacantha*
14. *Lonicera*
15. *Ulmus*
16. *Ceraſus, Evon.*
17. *Malus, Alnus*
18. *Corylus, Opulus*
19. *Betula, Sorbus*
20. *Salix viminea*
21. *Salix caprea*
24. *Carpinus*
25. *Salix minor*
26. *Prunus*
27. *Populus nigra*
28. *Pyrus.*
April. 1. *Rhamnus cath.*
2. *Vaccinia nigra*
5. *Frangula*
7. *Eſculus*
11. *Juglans*
12. *Tilia*
20. *Fagus*
22 *Populus trem.*
25. *Acer*
Maji 5. *Quercus*
15. *Fraxinus*

EFFLO-

EFFLORESCENTIA est tempus mensis, quo singulæ species plantarum primos Flores ostendunt. ex. gr. 1748. Upsaliæ.

APRILIS. *Fl. suec.*

17. *Hepatica* 445.
18. *Fumaria* 585.
22. *Tussilago* 680.
23. *Daphne* 311.
24. *Pulmonaria* 156.
25. *Draba* 523.
26. *Ornithogalum* 270.
27. *Viola* 716.
28. *Pulsatilla* 446.
29. *Empetrum* 832.
30. *Anemone* 450.

MAJI.

1. *Ranunculus* 460.
2. *Tussilago* 683.
3. *Lathræa* 518.
4. *Myrica* 817.
5. *Viola* 718.
6. *Primula* 161.
7. *Glechoma* 483.
8. *Betula* 776.
9. *Caltha* 473.
10. *Oxalis* 385.
11. *Vaccinium* 313.
12. *Fraxinus* 830.
13. *Viola* 719.
14. *Androsace* 160.

MAJI.

15. *Draba* 526.
16. *Leontodon* 627.
17. *Saxifraga* 350.
Orobus 595.
18. *Adoxa* 326.
Alchemilla 135.
19. *Chelidonium* 430.
Fragaria 414.
Convallaria 274.
20. *Fritillaria* 811. 1.
Cynosurus 82.
21. *Actæa* 431.
Menyanthes 163.
Paris 325.
22. *Primula* 162.
23. *Convallaria* 273.
Trientalis 302.
Orobus 596.
Lonicera 192.
24. *Pyrus* 130. 1.
Pyrus 130. 2.
25. *Statice* 253.
Polygala 586.
Lotus 609.
Trifolium 615.
Ranunculus 469.
Chærophyllum 243.

MAJI.

26. *Triglochin* 299.
27. *Pinus* 788.
Juniperus 824.
28. *Potentilla* 419.
Cynoglossum 154.
Hyoscyamus 184.
Erysimum 558.
29. *Berberis* 290.
Syringa 6: 1.
30. *Ledum* 341.
Vaccinium 312.
Asclepias 200.
Sorbus 400.
Geranium 571.
Dentaria 565
Ranunculus 472.

JUNII.

1. *Geum* 423.
Gnaphalium 671.
Pyrola 334.
Thymus 477.
Potentilla 415.
Bryonia 790.
Nymphæa 426.
2. *Anchusa* 153.
&c. &c.

Cardui varii non florent antequam Solstitium absolutum est.

Parnassia fœnisecii præco est.

Colchicum autumni & gelu nuncia est.

VIGILIÆ plantarum absolvuntur determinatis *horis* diei, quibus plantæ flores quotidie aperiunt, expandunt & claudunt.

Solares Flores dicuntur, qui determinatum hoc tempus sese explicandi & claudendi observant; sunt hi triplices.

1. *Meteorici* flores solares, qui minus adcurate observant horam explicationis, sed prius vel serius aperiuntur pro ratione Umbræ, Aëris humidi vel sicci, Atmosphæræ pressione majori aut minori.

2. *Tropici*

2. *Tropici* mane aperiuntur & ante vesperam recluduntur quotidie, sed hora explicationis adscendit vel descendit, uti dies adcrescit aut decrescit; adeoque observant horas Turcicas s. inæquales.

3. *Æquinoctiales* flores aperiuntur certa & positiva diei hora, & plerumque etiam determinata hora quotidie recluduntur. Observant hi horas Europæas s. æquales.

Vigiliæ Florum solarium vulgatissimæ sunt

	Fl. suec. & *Hupsf.*		oritur,	occidit.
1. Leontodon	627.	*Taraxacum.*	5. 6.	— 8. 9.
2. —— ——	628.	*Taraxaconoides*	4.	— —— 2.
3. —— ——	629.	*Chondrilloides*	7.	— —— 3.
4. Hypochæris	631.	*pratensis*	6.	— —— 4.5.
5. —— ——	1.	*hispida*	7. 8.	— —— 2.
6. —— ——	2.	*Chondrilloides*	9.	— 12. 1.
7. Hieracium	635.	*Pilosella*	8.	— —— 2.
8. —— ——	637.	*Pulmonaria*	6. 7.	— —— 2.
9. —— ——	639.	*fruticosum*	6.	— —— 5.
10. —— ——	1.	*latifolium*	7.	— —— 1.2.
11. —— ——	3.	*rubrum*	6. 7.	— —— 3.4.
12. Crepis	640.	*tectorum*	4. 5.	— 10.12.
13. —— ——	1.	*alpina*	5. 6	— 11.
14. —— ——	6.	*rubra*	6. 7.	— —— 1.2.
15. Picris	1.	*magna*	4. 5.	— 12. 9.
16. Sonchus	642.	*repens.*	6. 7.	— 10.12.
17. —— ——	643.	*lævis*	5.	— 11.12.
18. —— ——	644.	*lapponicus*	7.	— 12.
19. —— ——	1.	*belgicus*	6. 7.	— —— 2.
20. Lactuca	1.	*sativa*	7.	— 10.
21. Scorzonera	3.	*tingitana*	4. 6.	— 10
22. Tragopogon	648.	*luteum*	3. 5.	— 9.10.
23. ——	3.	*Columnæ*	5. 6	— 11.
24. —— ——	4.	*Dalechampii*	6. 7.	— 12. 4.
25. Lapsana	1.	*Rhagadiolus*	5. 6.	— 10 1.
26. —— ——	4.	*Rhagadioloides*	7. 8.	— —— 2.
27. —— ——	3.	*glutinosa*	5. 6	— 10.
28. Cichoreum	650.	*Scanense*	4. 5.	
29. Nymphæa	427.	*alba*	7.	— —— 5.
30. Calendula	712.	*arvensis*	9.	— —— 3.
31. —— ——	2.	*africana*	7.	— —— 3.4.
32. Papaver	4.	*nudicaule*	5.	— —— 7

33. Hemerocallis	α.	*fulva*	5.	—	——	7.8.
34 Convolvulus	2.	*rectus*	5. 6.			
35 Malva	4.	*helvula*	9 10.	—	——	1.
36. Alyssum		*Alyssoides* T.	6. 8.	—	——	4.
37. Anthericum	267.	*album*	7.	—	——	3.4.
38. Arenaria	376.	*purpurea*	9. 10.	—	——	2.3.
39. Anagallis	169.	*rubra*	8.			
40. —— ——	1.	*cærulea*	7. 8.			
41 Portulaca	1.	*hortensis*	9. 10.	—	11.12.	
42. Dianthus	7.	*prolifer*	8.	—	——	1.
43. Mesembryanth.	1.	*barbatum*	7. 8.	—	——	2.
44. — —	2.	*crystallinum*	9. 10	—	——	3.4.
45. — ——	10.	*neapolitanum*	10 11	—	——	3.
46. — ——	5.	*linguiforme*	7. 8.	—	——	3.
			☽.	☽.	☾.	

Horologium Floræ ex sequenti tabula formandum, postquam meteorici & caniculares flores excluſi sunt, de quibus alibi.

☽	☾	
3.	—	Tragopogon *luteum* 22.
4	—	Leontodon *Taraxonoid.* 2.
4.5	—	Picris *magna* 15.
—	—	Cichoreum *scanense* 28.
—	—	Crepis *tectorum* 12.
6	—	Scorzonera *tingitana* 21.
5.	—	Sonchus *lævis* 17.
—	—	Leontodon *Taraxacum* 1.
—	—	Crepis *alpina* 3.
—	—	Tragopogon *Columnæ* 23.
—	—	Lapsana *Rhagadiolus* 25.
—	—	*glutinosa* 27.
—	—	Convolvulus *rectus* 34.
6.	—	Hypochœris *pratensis* 4.
—	—	Hieracium *fruticosum* 9.
—	—	—— — *Pulmonaria* 8.
·½	—	
—	—	Crepis *rubra* 14.
—	—	Sonchus *repens* 16.
7	—	—— *belgicus* 19.
7.	—	Leontodon *Chondrilloides* 3.
—	—	Hieracium *latifolium* 10.
—	—	Sonchus *lapponicus* 18.

☽	☾	
—	—	Lactuca *sativa* 20.
—	—	Calendula *africana* 31.
—	—	Nymphæa *alba* 29.
—	—	Anthericum *album* 37.
8	—	Hypochœris *hispida* 5.
—	—	Lapsana *Rhagadioloides* 26.
—	—	Mesembryant. *barbatum* 43.
9	—	Hieracium *Pilosella* 7.
—	—	Anagallis *rubra* 39.
—	—	Dianthus *prolifer* 42.
—	8.9	Leontodon *Taraxacum* 1.
9	—	Hypochœris *Chondrilloid.* 6.
10	—	Malva *helvula* 35.
—	—	Arenaria *purpurea* 38.
—	—	Mesembr. *crystallinum* 44.
—	10	Lapsana *glutinosa* 27.
—	—	Lactuca *sativa* 20.
—	—	Scorzonera *tingitana* 21.
10.11.		esembr *neapolit.* 45.
—	11	repis *alpina* 13.
—	—	Tragopogon *Columnæ* 23.
—	12	Sonchus *lævis* 17.
—	12.	—— *lapponicus* 18.

Hypo-

☽.	☾
—	1. Hypochæris *Chondrill.* 6.
—	— Malva *helvola* 35.
—	— Dianthus *prolifer* 42.
—	2 Hieracium *latifolium* 10.
—	— Crepis *rubra* 14.
—	2 - Hypochœris *hiſpida* 5.
—	— Hieracium *Pulmonaria* 8.
—	— Sonchus *belgicus* 19.
—	— Lapſana *Rhagadioloid.* 20.
—	— Meſembr. *barbatum* 43.
—	3 Arenaria *purpurea* 38.
—	3. Leontodon *Chondrilloides* 3.
—	— Calendula *arvenſis* 30.

☽.	☾
—	3 Meſembr. *neapolit.* 45.
—	— ——— *linguiform.* 46.
—	- 4 Hieracium *rubrum* 12.
—	— Meſembr. *cryſtallin.* 44.
—	— Calendula *africana* 31.
—	— Anthericum *album* 37.
—	4. Alyſſum *Alyſſoides* 36.
—	- 5 Hypochœris *pratenſis* 4.
—	5. Hieracium *fruticoſum* 9.
—	— Nymphæa *alba* 29.
—	7. Papaver *nudicaule* 32.
—	. 8 Hemerocallis *fulva* 33.

Calendula africana Hort. upſ. 274. n. 2. vigilias ſubit inter horam ſextam & ſeptimam matutinam, vigilans in horam pomeridianam quartam, ſi tempeſtas diei fuerit ſicca; at vero ſi vigilias non aſſumat, ſeu non aperiat flores hora ſeptima matutina, *pluviæ* hoc die cadent, conſtanti lege; imbres autem ex tonitru evitare non facile didiſcit.

Sonchus ſibiricus ſi noctu claudatur, proxima dies plerumque ſerena erit, ſi vero aperto flore per noctem vigilet, inſequens dies plerumque erit pluvioſa.

Dormientes per noctem plantas, foliis conniventes, tetigimus §. 133.

FRUCTESCENTIA comprehendit tempus, quo ſemina matura diſpergunt Plantæ.

HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus corticatis. Hort. *upſ.* 22.

1732. Lapponia.	1750. Upſaliæ.	Matureſcit
Satum *Maji* 31.	Satum *Martii* 6.	*Uplandia* 110.
Diſſec. *Julii* 28.	Diſſec. *Auguſti* 1.	*Scania* 90.
Maturuit dieb. 58.	*Maturuit* dieb. 55.	*Lapponia* 60.

Matureſcit Hordeum citius in auſtrali Scania & Boreali Lapponia, quam in intermedia Uplandia.

DEFOLIATIO eſt tempus autumnale, quo arbores folia dejiciunt, eoque indicant progreſſum autumni & inſequentis hyemis.

Fraxinus inter primas defoliatur & inter ultimas frondeſcit.

Colchici primi flores obſervandi.

VIGENDI tempus comprehendit annos, quibus plantæ vivunt: facile anni numerantur vel ex circulis concentricis ſ. ex annulis reſinoſis in Caudice detruncato.

Annulis reſinoſis ſ. internis plerique Trunci numerantur.

Quercus Oelandiæ nata 1581, ætate 260. it. *œland.* 68.

Pinus Wermelandica nata 1337. ætate 409. it *w goth.* 247.

Ramis annotinis numerantur ætates Pini, Cedri, Mali, Pyri &c.

Chronica hyemum intenſiorum aut remiſſiorum ex annulis internis datur in plerisque arboribus, præſertim in Quercu.

Botanici hucusque in plantarum numeroſiſſimarum dignotione occupati & objectorum varietate inundati, nequivere more aſtronomorum obſervationes inſtituere, licet inferiora ſequi, longe tamen majorem publico uſum ſuis obſervationibus ſubminiſtraturi.

Calendaria Floræ quotannis conficienda ſunt in quavis Provincia, ſecundum Frondeſcentiam, Efflureſcentiam, Fructeſcentiam, Defoliationem, obſervato ſimul Climate, ut inde conſtet diverſitas Regionum inter ſe.

Horologia Floræ ſub quovis Climate elaboranda ſunt ſecundum Vigilias plantarum, ut quivis ſine horologio aut ſole horam diei enumeratam habeat.

Mappæ vegetantes, quæ indicant ubique Regionem, Clima & Terram.

Uſus ex prædictis reſultaret de Natura Telluris ſummus.

Clima ex progreſſu anni ſecundum Frondeſcentiam & Defoliationem, unde Calor Frigusque loci ſummum, notiſſimum Botanico erit.

Thermometrum Botanicum erit noſtrum, cujus punctum *congelationis* O, Calor vero *aquæ coquentis* 100.

Autumnales plantæ ſunt *Virginicæ*, quæ florent lætiſſime Septembri & Octobri, cum æſtas ſit ipſis in patria gratiſſima, adeoque in Suecia difficillime ſemina maturant.

Brumales ſunt *Capenſes*, quarum flores calore grato ſub ipſa Bruma provocantur, dum æſtas in patria regnat, aliàs fruſtra proliciendi.

Vernales ſunt *Alpinæ* omnes, cum in Alpibus hyems excipiat ver, vix guſtata æſtate, adeoque citiſſime floreſcant & fructeſcant.

Bife-

Biferæ, quæ bis in anno florent, vere scilicet & autumno, more patrio, uti *Indicæ* facile omnes intra Tropicos.

Frigidæ gradum caloris trigesimum vix ferunt, uti

Alpinæ *Germanicæ*
Sibiricæ *Belgicæ*
Canadenses *Anglicæ*
Gallicæ supra Parisios.

Temperatæ hyemes viginti octo graduum frigoris non ferunt:

Narbonenses *Italicæ*
Lusitanicæ *Syriacæ*.
Hispanicæ.

Calidæ ferunt Caloris gradum quadragesimum, sed frigoris gradu decimo suffocantur.

Indiæ orient. *Ægyptiacæ*
Americes merid. *Canarienses*.

Frigidæ in Calido primum luxuriant, mox flaccescunt, pereunt.
Calidæ in Frigido crescere cessant, defoliantur, sterilescunt.

XII. VIRES.

336. VIRES plantarum a *Fructificatione* (86) desumat Botanicus (7), observato Sapore (365), Odore (362), Colore (364) & Loco (357).

Auctores sententiæ fuere *Hermannus*, R. J. *Camerarius*, *Hoffmannus*, & alii.

Dissertatio de *Viribus plantarum* a F. Hasselquist Upsaliæ 1747. propugnata, hoc de Viribus Caput explicat.

Falsæ sunt veterum Theoriæ de viribus plantarum ex *Astrologia* §. 47. *Signatura* §. 47. *Chemia* §. 48.

Probant Ordines naturales veritatem aphorismi. §. 77.

337. Plantæ, quæ *Genere* conveniunt (165), etiam virtute conveniunt; quæ *Ordine* Naturali (77) continentur, etiam virtute propius accedunt; quæque *Classe* naturali congruunt, etiam viribus quodammodo congruunt.

GENERE convenientes easdem possident vires:

Convolvuli; *Scammonium*, *Mechoacanna*, *Turpethum*, *Soldanella*.

Allii: *Moly*, *Porrum*, *Cæpa*, *Victorialis*.

Lauri: *Cinnamomum*, *Malabathrum*, *Cassia*, *Camphora*, *Sassafras*, *Benzoë*.

Euphorbiæ: *Esula*, *Cataputia*, *Tithymalus*.

Artemisiæ: *Abrotanum*, *Absinthium*, *Cina*, *Seriphium*.

ORDINE naturali & viribus conveniunt.

Columniferæ: *Malva*, *Althæa*, *Alcæa*, *Gossypium*.

Scitaminæ: *Zingiber*, *Cardamomum*, *Galanga*, *Zedoaria*, *Costus*, *Grana paradisi*, *Curcuma*.

Orchideæ: *Orchis*, *Satyrium*, *Serapias*, *Epidendrum*.

Multisiliquæ: *Pæonia*, *Aquilegia*, *Aconitum*, *Delphinium*, *Nigella*, *Helleborus*, *Ranunculus*, *Pulsatilla*.

Contortæ; *Apocynum*, *Cynanche*, *Asclepias*, &c.

CLAS-

CLASSE & viribus congruunt:

Gramina,	*Tricoccæ*,	*Papilionaceæ*,
Compositæ,	*Sarmentaceæ*,	*Lomentaceæ*,
Umbellatæ,	*Oleracea*,	*Siliquosæ*,
	Filices,	*Verticillatæ*.

338. GRAMINUM (77: 14) Folia Pecoribus & Jumentis læta pascua; Semina minora avibus, majora hominibus eduleuta sunt.

Folia graminum primarium pabulum animalibus phytivoris.

Semina minora *Phalaridis*, *Panici*, *Milii*, sunt gratissima passeribus & gallinis.

Cerealia sunt Semina majora graminum, quæ hominibus quotidie in cibum veniunt: *Oryza*, *Triticum*, *Secale*, *Hordeum*, *Avena*, *Milium*, *Panicum*, *Holcus*, *Zizania*, *Mays*: excepto forte solo *Lolio*, nisi arte præparato.

339. Stellatæ (77: 44) diureticæ sunt.

Exempla: *Rubia*, *Asperula*, *Aparine*, *Galium*.

340. Asperifoliæ (77: 43), magis minusve oleraceæ, mucilaginosæ & glutinosæ sunt.

Oleraceæ: *Anchusa*, *Borrago* &c.

Mucilaginosæ præcipue *Consolidæ majoris* Radix, quæ inter glutinosa primaria est.

341. Luridæ (77: 33) sunt plantæ suspectæ.

Fœtida: *Solanum*, *Hyoscyamus*, *Nicotiana*, *Atropa*, *Mandragora*, *Datura*.

Dementantes & Narcoticæ: *Atropa*, *Mandragora*, *Nicotiana*, *Hyoscyamus*, *Melongena*, *Lycopersicon* apud nostrates.

Corrosivum maxime: *Capsicum*.

342. UMBELLATÆ (77: 22) in siccis aromaticæ, calefacientes & pellentes; in aquosis autem Venenatæ sunt; radice & seminibus polent.

Aquoſo loco natæ, & venenatæ ſunt *Cicuta*, *Oenanthe*, *Siſon*, *Phellandrium*, *Apium paluſtre*.

Fellentes ſudorem, urinam, flatus, menſes, Lac, ſunt *Aſſa fœtida*, *Leviſticum*, *Angelica*, *Imperatoria*, *Pimpinella*, *Peucedanum*, *Opoponax*, *Galbanum*, *Carvi*, *Cyminum*, *Daucus*, *Meum*, *Fœniculum*.

343. HEXANDRIÆ (68) radices ſecundum ſaporem & odorem edules aut noxiæ ſunt.

EDULES ſunt Radices inodoræ: *Martagon*, *Tulipæ*, *Ornithogali*.

VENENATÆ ſecundum odorem viroſum ſunt *Glorioſa*, *Scilla*, *Hyacinthus*, *Anthericum*, *Leucojum*, *Narciſſus*, *Corona imperialis*.

344. BICORNES (77:24) adſtringunt, ſed Baccæ acidæ eſculentæ ſunt.

Adſtringunt: *Erica*, *Pyrola*, *Vaccinium*, ſed maxime *Uva urſi*.

Baccæ acidæ & eſculentæ in hac gente ſunt *Vaccinia*, *Myrtilli*, *Oxycocci*, *Uvæ urſi*, *Arbuti*, *Guajacanæ*, *Melaſtomæ*.

345. ICOSANDRIÆ (68) fructus pulpoſus eſt eſculentus.

Pulpoſi fructus in hac claſſe ſunt:

Pomacei 77:37.: *Maia*, *Pyra*, *Granata*, *Cratægi*, *Meſpila*, *Sorba*, *Ribes*.

Senticoſi 77:35. *Cynosbata*, *Ruba*, *Fraga*.

Drupacei 77:38: *Amygdala*, *Perſica*, *Pruna*, *Armeniaca*, *Ceraſa*.

Arbuſtivi 77:39. *Guajava*, *Eugenia*.

346. POLYANDRIA (68) plerumque venenata eſt.

Multiſiliquæ 77:23: *Aconitum*, *Anthora*, *Aquilegia*, *Staphisagria*, *Delphinium*, *Helleborus*, *Apium riſus*, *Clematis*, *Pulſatilla*, *Pæonia*.

Rhoeades 77:30: *Papaver*, *Chelidonium*, *Actæa*.

Aliæ: *Euphorbia*, *Cambogia*, *Pegamum*.

347. VER-

347. VERTICILLATÆ (77: 58) ſunt fragrantes, nervinæ, reſolventes & pellentes; Folia virtute pollent.

Fragrantiſſimæ: *Marum*, *Dictamnus*, *Satureja*, *Thymus*, *Origanum*, *Majorana*, *Ocymum*, *Pulegium*, *Mentha*, *Meliſſa*, *Lavandula*, *Roſmarinus*, *Salvia*, *Horminum*, *Sclarea*.

Fragrantes actione in nervos reſolvunt.

Pellunt flatus, menſes, Lac, Genituram.

348. SILIQUOSÆ (77: 57) aquoſæ, acres, incidentes, abſtergentes, & diureticæ ſunt; exſiccatione imminuitur virtus.

Exſiccatione cum virtus imminuatur, vivæ itaque a Medicis ſunt adhibendæ.

Incidentia attenuant viſcida acredine, hinc tumores œdematoſos & frigidos reſolvunt: *Cochlearia*, *Armoracia*, *Siſymbrium* &c.

349. COLUMNIFERÆ (77: 34) mucilaginoſæ, lubricantes, obtundentes & maturantes ſunt.

Lubricant inviſcando acria in *Tuſſi*, *Stranguria*, *Nephritide*, *Colica*, *Excoriatione*, adeoque *Dolores* leniunt.

Maturant emolliendo.

350. PAPILIONACEORUM (77: 55) Folia Jumentis & Pecoribus, Semina variis animalibus eſculenta, ſunt farinacea & flatulenta.

Flatulenta & eſculenta ſunt *Fabæ*, *Viciæ*, *Piſa*, *Phaſeoli*, *Ciceres*, *Lentes*.

Quadrupedibus præſtantiſſimum pabulum ſuppeditant *Trifolium*, *Medicago*, *Trigonella*, *Hedyſarum*, *Vicia*, *Lotus*, *Lathyrus*.

351. SYNGENESIA (68) Compoſitorum (77: 21) in Medicina receptiſſima, communiter amara eſt.

Amara: *Eupatorium*, *Tanacetum*, *Balſamita* *Santolina*, *Abſinthium*, *Abrotanum*, *Artemiſia*, *Ageratum*, *Matricaria*, *Chamomilla*, *Cotula*, *Acmella*, *Auricula muris*, *Taraxacum*, *Cichoreum*, *Carduus mariæ*, *Carlina*, *Carduus benedictus*.

352. ORCHIDEÆ (77:4) ſunt aphrodiſiacæ.

Aphrodiſiaca inter primaria ſunt *Vanilla* americanorum, *Salep* orientalium, *Satyrium* Europæorum.

353. CONIFERÆ (77:15) ſunt reſiniferæ & diureticæ.

Reſiniferæ ſunt omnes, adeoque & ſempervirentes.

Diureticæ, urinam violaceam reddentes; ſunt *Terebinthina*, *Juniperus*, *Sabina*, *Olibanum*, *Pinus*, *Abies*, *Cupreſſus*.

354. CRYPTOGAMIA (68) Vegetabilia ſæpius ſuſpecta continet.

Filices (77:64.) odore gravi ingratæ ſunt.

Muſci (77:65.) itidem ingrate olent.

